



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam  
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

2. De constitutionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)



tit. 7. c. 1. §. 1. 2. Martin. Polac. in historia sub Federic. I. & Eugenio 111. Sixtus Senensis l. 4. Bibliotheca Fascicul. temporum in Alex. I. l. anno 1164. Matth. Palmer. in chron. anno 1186. Robert. Aurel. l. 1. rerum medicarum c. 3. Illesc. in historia Pontif. lib. 1. c. 2. 7.

Hic est ille Ioachim, qui ante institutos Ordines Dominicanorum, & Franciscanorum, iussit S. Franciscum, & S. Dominicum Venetiis depingi in templo S. Marci supra ostium aratij publici eo habitu, quo postea vsi sunt, addidit præterea S. Franciscus quina Christi vulnera, propterea ista omnia adhuc videntur in eodem Templo opere musuo, referunt Possellin. ubi sup. Chronic. Minor. p. 1. l. 10. c. 3. Ribaden. in vita S. Francisci 4. Octobris.

3 Vnde notatur hic text. ad hoc, quod si aliquis cognoscens errorem se corrigat, vel corrigi paratus sit, non potest dici hæreticus pertinax, nec ut talis Curia seculari relaxari, vt per Palat. in alleg. hæresis §. 4. col. 2. post med. quia vt quis censetur in hæresi perfecta lapsus, inter multa, quæ requiruntur illud præcipuum est, quod in ea hæresi sit pertinax, nam quovque pertinacia non adest, forma hæresis non est perfecta, non obstante quod adit error intellectus voluntarius, concordant text. in cap. dixit Apostolus 2. 4. §. 3. cap. vnic. hoc tit. in 6. Clem. vnic. eod. tit. Turrec. lib. 4. de Ecclesia p. 2. c. 1. & 11. D. Antonin. in sum. p. 2. tit. 12. cap. 1. in princ. Simanch. de Catholicis instit. tit. 31 n. 7. Franc. Torrellanca in epitome delict. lib. 3. c. 8. n. 23. Ant. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium, l. 5. c. 1. n. 14. Sanctarel. de hæresi c. 1. à n. 7. Menoch. conf. 82. n. 171. & n. 174. resoluit, quod asserens se paratum emendare & corrigere, & quod vult credere quod credit Ecclesia Catholica Romana, fugit hoc pertinacia vitium. In quibus autem differant perseverantia, pertinacia, & obstinatio differit Ricciul. d. l. b. 3. c. 2. in princip. Hinc Abbas Ioachimi errores permultos damnauit Ecclesia, eius autem personam non vitæque, eo quod suis literis, (vt habetur in hoc text.) omne peruersum damnauit dogma, sequæ illam fidem tenere confessus est, quam tenet Romana Ecclesia, & idem licet opinio fuisset erronea, nihilominus ex quo eam subiecit Ecclesie, fides est eadem, quam habet

5 Ecclesia, Anton. Ricciul. d. lib. 5. c. 4. num. 3. Hinc etiam proficiscitur illud aliud, quod Doctores consulunt, vt expediat semper protestationem antecedere, aut subsequi disputationem, aut aliquam compositionem, namque disputantem, aut scribentem illa iuuat, eximitque ab hæresi, vt docent Albert. de assertionibus Cathol. q. 12. n. 10. & q. 19. n. 13. Zabarel. in Clem. 1. §. porro, n. 5. de Sum. Trinit. Barthol. Verona caut. 155. Rojas de hæresi p. 1. n. 61. Nauar. conf. 6. incip. Hypotheses n. 14. de hæresis. Decian. conf. 8. incip. graua sunt. n. 12. §. vol. 1.

6 Quæ cunctarum fidelium mater est, & magistra. Notatur ad hoc quod Romana Ecclesia omnium aliarum, omniumque fidelium mater est, & magistræ adeoque Concil. Florent. sub Eugenio IV. pro Græcorum vnioue celebratum hanc protulit sententiam Definimus sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Romanum Pontificem successorem esse D. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesie caput, & omnium Christianorum patrem, ac Doctorem existere. Vide Cordub. in questionario l. 4. q. 1. art. 2. Mendoc. in quæst. quodlibet q. 4. Scholast. §. 4. Turrec. de potestate Ecclesie, lib. 2. cap. 36. Can. de locis Theologicis lib. 1. cap. 4. Couar. lib. 4. varar. c. 1. a. num. 1. Bann. in 2. 2. Thoma q. 1. art. 1. concl. 6. Card. Bellarm. tom. 1. de Romano Pont. c. 12. cum seqq. Card. Tusch. practic. concl. tom. 7. lit. R. concl. 363. Card. Mantica de coniecturis vltim. volum. lib. 8. tit. 6. n. 4. Iacob. de Grassis tom. 2. consil. lib. 1. tit. de clericis non residentiibus conf. 1. a. §. Valer. Reginald. in praxi fori panit.

lib. 1. n. 22. Fr. Paulin. Berti Lucensis in praxi criminali Regularium tit. 2. c. 14. n. 4. Ego ipse in meo tract. de officio & potestate Episcopi p. 1. tit. 3. c. 2. n. 14. Quod quidem Primatum super aliis Ecclesiis Romana accepit non ab Apostolis, & Conciliis, sed ab ipso Domino, cap. Sacrosancta 20 dist. cap. quamvis 21. dist. cap. rogatus 24. q. 1. cap. per venerabilem, qui filij sint leg. cap. fundamenta de elect. l. 6. Can. de locis Theolog. lib. 6. c. 1. vers. 1. c. Conar. in reg. peccatum, p. 2. §. 9. n. 5. vers. quanto ratione, Burlati. conf. 109. n. 2. cum seqq. Nauar. de Indulgent. notab. 23. n. 10. Greg. Lop. l. 2. glof. 2. tit. 5. part. 1. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 30. vers. secundo obicit, & lib. 4. cap. 11. vers. deinde Pelagius, Soar. de legibus lib. 4. c. 3. n. 10. Quicquid hæretici, & nouatores in Christum ac Diuinum eius Vicarium, Ecclesie Principem, ac omnium nostrorum Rectorem, patrem atque pastorem canina rabie perfusi blasphemis, & conitiis lacessere non desinant huiusmodi potestatem ei denegantes quo se sua crimina tueri arbitrantur, quorum primus (quod ego scio) fuit Ioannes de Hus, cuius defensionem postea suscipiens Martinus Lutherus, & eo quod in Concil. Constantien. concrematus fuisset, in ipsum Pontificem Diuinæ Maiestatis Vicarium, & vices Dei in terris gerentem blasphemio ore ogganit, sed illum strenue confutauit Episcopus Ioan. Rossensis art. 2. §. qui eo fuit ab hæreticis decollatus, vt tradit Alphons. à Castro de iusta hæresi. puni. lib. 5. c. 4.

Dogma imp. j. Almarici. Quæ fuerint ista peruersissima Almarici dogmata refert Fr. Francisc. Longus loco proxime citato.

In glof. [Florenti Monasterio.] Notatur ad hoc, & quod omnes hæreticorum libri absque vilo delectu prorsus sunt vitandi, vt per Couar. varar. lib. 4. c. 17. in princ. Ant. Ricciul. d. tract. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium, lib. 5. c. 21. & c. 23. n. 1. vbi regulam constituit quod Auctore damnato libri quovque eius damnati censentur, & resoluunt Doctores in 9 cap. fraternitatis de hæresi. Albert. q. 2. de hæresi. n. 13. Penia in directorium Inquisitorum p. 2. comment. 3. vers. 1. damnato. At libri Auctoris damnati licet non valeant allegari tanquam auctorizabiles, possunt tamen aliquando vt rationabiles adduci, si boni sint, Albert. d. q. 12. n. 13. Alphons. de Castro de iusta hæreticorum punitione cap. 17. vers. quidam forte dicent. Quicquid aliud censet Penia d. comment. 3. Illud tamen verum est, Auctore damnato eius libros damnari, siue boni, siue mali sint, Butr. in dicto coq. fraternitatis sub n. 3. vers. solutio. Albertin. de agnosce. d. assert. q. 12. ex n. 13. Rojas singul. 224. Torrellanc. de Magia lib. 3. de criminis puni. c. 15. num. 5. & procedit siue libri circumferantur impressi, siue manuscripti, vt per text. in cap. nouerit, de sent. excomm. resoluunt Vgolin. de censuris p. 2. glof. verbo ac eorundem libros, vers. quarto in excommunicationem incidunt, Sanch. in præcepta Decalogi l. 2. c. 10. n. 28. Farina in tract. de hæresi q. 180. n. 3.



## De Constitutionibus.

## TIT. II.



UPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabarell. Bellam. Io. Andr. Imola, Martina, Barbat. Ripa, Martin. Vrani. Innoc. Felin. Panor. Burr. Petr. Greg. Aret. Petr. Alphons. de Vasconcel. in harmonia rubr. Alex. de Neno, Petr. de Raucenna in compend. iuris Can. Ioan. de Londris in Breuiario Sanctorum Canonum, Steph. Ranchin. in continuat. titulor. Decretal. Dan. Venator. in analysi



annali si metodica Iuris Pontif. Martin. Mestertius in epitome Decret. Guillem. Durand. Specul. in Breniario aureo Iuris Canon. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in parat. itis ad quinque libros Decret. Carthagen. in exposit. Iuris Can. Zipe in analytica postrema Iuris Ecclesiast. enarrat. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. Sum. in Decret. omnes sub hoc tit. & to. 2. repetitionum in Iure Canonico ad 1. Decretal. librum. Boschi. Codecha Papiensis, Ioan. Bapt. Ferretus, Vincent. Anton. Burgos Hilpa. us, Franciscus Coscius Senensis, Andreas ab Exea, Quintil. Mandol. in appendice, Hip Riminald Ferrariensis. Nouissime Loel. Mancin.

De constitutionibus tractatus in lucem ediderunt Albertus Brunus, & Cornelius Benincasius, de constit. Gallie cum com. Petr. Rebuff. & Nauar. tom. 2. conf. sub hoc tit. Sayr. in floribus decif. sub eodem.

## S V M M A R I V M.

- 1 Iuris Canonici statuta ligant omnes.
- 2 Canonum statuta omnes ligantur.
- 3 Amplia, procedere etiam in ipsis S. R. E. Cardinalibus.
- 4 Leges, & constitutiones à superioribus stabilitas omni Iure unusquisque adstrictus est seruare.
- 5 Leges iusta quantumcumque humane à superioribus iuste stabilitas habent vim obligandi in foro animæ ad culpam mortalem, vel venialem iuxta materiae gravitatem.
- 6 Princeps licet quoad vim coactiuam suis legibus solutus sit, quoad vim tamen directiuam leges suas in conscientia seruare tenetur.
- 7 Index non ad libitum, sed secundum communem, & magis receptam Doctorum opinionem tenetur indicare.
- 8 Opinio illa presumitur verior, quæ à maiori parte Doctorum recepta existit.
- 9 Opinio communis non est preferenda illi opinioni quæ validioribus, ac melioribus rationibus nititur.
- 10 Opinio communis non preferitur illi opinioni, quæ fauet animæ.
- 11 Matrimonialibus in causis propter illarum fauorem possumus recedere à communis opinione.
- 12 Opinio à preceptoribus recepta potest sequi, communis omissa.
- 13 Consilia an sint lecturis anteferenda.
- 14 Opinio probabilis in foro Conscientie sequi potest, relicta probabiliori.
- 15 Bartholi auctoritas maxima est.
- 16 Bartolus lucerna, & Iuris Civilis illuminator.
- 17 Glossarum auctoritas & fides præstantissima est.

C A P. Canonum statuta. I.  
Ex Concil. Melden.

Canones ligant omnes excepto Papa, & in iudiciis Ecclesiasticis, & actionibus civilibus nemo suo sensu, sed horum auctoritate duci debet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Bellarm. Zabarel. Innoc. Ioan. Andr. Imola. Barbat. Aretin. Bernard. Compstet. Panorm. Anania. Butr. Felin. Dec. Host. Anchor. Beroi. Henric. Martin. Vranus, Mantua. Petr. Greg. Alex. de Neuo. Cened. Collect. 82. nouissime Loelius. Mancinus Viuian in ration. primi libri Iuris Pontif. pag. 17. Alagona in compen. Iuris Canon. pag. 4. remissive Ximen. in concordant. p. 1. & 2. & Calal. in annot. & tom. 2. repetitionum in Iure Canonico ad 1. Decret. librum. Petr. de Anchor. Ioan. Baptista Ferrer. Antonius Burgos, Andr. ab Exea, Benedict. Canophilus Sangrinus. Quintilian.

Mandol. in appendice, & Hippol. Riminal. Desumptus est ex Concil. Meldensi c. 11. refertur à Burchard lib. 1. 61. In c. 171 & ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 1. cap. 1.

Ab omnibus. ] Notatur ad hoc quod Canonum statuta omnes ligantur, vt per Duen. reg. 79. Bernard. reg. 38; Menoch. de arbitr. casu 380. Azeved lib. 4. n. 6. tit. 16. lib. 2. noua recop. Morla in emporio Iuris p. 1. tit. 1. in p. lud. n. 60. Cened. ad Decret. collect. 82. n. 1. vbi n. 2. subdit, quod non dicuntur transgressores legum non seruantes leges vsu non receptas.

Amplia principalem conclusionem, vt procedat etiam in ipsis S. R. Ecclesiæ Cardinalibus, Azor. in str. mor. p. 1. lib. 5. cap. 11. q. 5. Iure enim tam Diuino quam naturali, & humano obligatus & adstrictus unusquisque est ad seruandas leges, & constitutiones à suis superioribus stabilitas, & sancitas, Caste de lege penali lib. 2. c. 13. conc. 1. Nau. in rub. de indic. n. 99. Farin in praxi crimin. p. 1. q. 17. n. 4. Fr. Emman. q. Regul. tom. 2. q. 11. art. 3. Aldrete de religiosa disciplina inenda, l. 1. c. 14. n. 2. Et ipsa leges iuste, quantumcumque humane à superioribus iuste stabilitas habent vim obligandi in foro animæ ad culpam mortalem, vel venialem iuxta materiae gravitatem, vt resoluunt D. Thom. p. 1. q. 96. art. 4. Nau. in man. c. 23. n. 48. Cou in reg. peccatum. p. 2. s. 5. n. 3. & de sponsalibus p. 2. cap. 7. §. 7. n. 8. Caste lib. 1. de lege penali. c. 4. Alciat. in c. cum contingat, num. 98. de iureiur. Victor. relett. 3. à n. 15. Surd. conf. 301. n. 42. & 43. Medina de resit. q. 24. Tiraq. in prefat. retractus lig. num. 74. Gom lib. 1. Tauri n. 1. & 4. lib. 40. n. 56. Mench. controuers. lib. 1. c. 29. n. 1. Rebuff. de pacificis poss. n. 10. Gutier. Canon. lib. 1. c. 7. n. 2. c. cum seg. Cadin Bellarm. 10. lib. 3. de laici, c. 11. Molina de iust. tract. 2. disp. 17. Morla in emporio Iuris p. 1. tit. 1. q. 1. n. 10. & q. 10. per totam. Mich. Salon. in 2. 2. D. Thoma 10. 2. q. 77. art. 1. controu. 7. de lege pen. à n. 7. Fr. Emman. q. Regul. tom. 1. q. 6. art. 13. Sayr in clari Regia lib. 3. c. 7. n. 14. Azor. in str. mor. p. 1. lib. 5. cap. 5. col. 375. Soar de legibus l. 3. c. 1. cum segg. Sanchez in præcepta Decalogi, l. 1. c. 1. n. 4. Varer. Reginald in praxi fori penit. tom. 1. lib. 15. c. 6. & lib. 13. c. 18. Valquez 1. 2. disp. 158 c. 2. & 3. Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus in com. ad c. 1. dist. 4. & ad c. quis autem, n. 1. dist. 10. plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal. collect. 2. num. 2.

Vnde Princeps omnino liber non est à legis suæ observatione Sayr in clari Regia, lib. 3. c. 4. num. 3. & 4. Nam licet quoad vim coactiuam, & penas in foro exteriori suis legibus solutus sit, l. Princeps ff. de legibus, l. digna vox, C. cod. tit. ex Iure tamen & aequitate naturali Diuina quoad vim directiuam leges suas in Conscientia seruare tenetur, D. Thom. 1. q. 96. art. 5. ad 3. Sot. de iust. lib. 1. art. 7. concl. 3. Corraf. lib. 2. miscel. c. 25. Conar. in c. alma. p. 1. §. 1. n. 3. & 4. Nau. in c. si quando, de rescript. excepti. 8. n. 12. & 13. & in apolog. de redditib. q. 1. n. 3. & in rubr. de iudiciis, num. 100. Roland conf. 13. n. 33. cum segg. vol. 3. Granad. in p. 1. controu. 7. tract. 3. p. 1. disp. 6. sect. 1. n. 6. Becan in Sum. Theolog. p. 2. tract. 3. cap. 6. q. 12. Ioan. de la Cruz in direct. Conscient. in proem. dub. 3. concl. 2. Diana resol. moral. p. 1. tract. de legibus resol. 10. Mendoza de pacis lib. 5. c. 5. q. 1. à n. 28. Calistus Ramirez de lege Regia §. 2. n. 10. Mench. conf. 332. n. 64. & de arbitr. q. 7. n. 70. Mench. illustr. lib. 1. cap. 1. n. 19. & sequent. & cap. 2. num. 1. & cap. 26. num. 13. & vsus seg. lib. 1. cap. 1. num. 19. Joseph. Ludou. Petrus. decif. 42. num. 26. Mexia in tr. rassa parisi, conclus. 5. n. 51. Bellug. in speculo Principum, rubr. 11. §. restat. n. 1. Cujac. l. 1. §. obseru. 25. Fachin. lib. 1. controu. c. 2. Brim. à Sole in locis communibus, verbo Princeps Io. Seraphin. de privilegiis Iuram. prinil. 146. n. 1. Surd. de alimentis, tit. 1. q. 1. n. 10. cum segg. Matienf. ad l. 3. glof. 2. num. 2. tit. 10. lib. 5. noua recopilat. Flan in, de resignat.



- resignat. lib. 3. q. 1. n. 26. cum seqq. Sayr. in clavi Regia lib. 3. c. 4. n. 10. Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 10. n. 5. Morta in emporio Iuris p. 1. tit. 2. q. 1. per totam. P. Ioan. Pineda in Job. 10. 2. c. 3. 4. vers. 18. pag. 63. 7. Azor. d. lib. 5. c. 11. col. 495. Soar. de legibus, lib. 3. c. 32. Gonzal. Mendez de Cabed. duorum Iuris argum. lib. 3. c. 1. sub n. 3. Georg. de Cabed. Lusit. decis. 78. p. 2. nouissime Illustriss. D. meus Roder. à Cunha in comment. ad c. dist. 9. & me citato in hoc loco D. Mari. Cuel. de donat. inter patr. & fil. tract. 1. disp. 2. p. 6. n. 13.
- 7 Nemo suo sensu, &c. Ergo Index non ad libitum, sed secundum communem & magis receptam Doctorem opinionem tenetur iudicare, vt per Guid. Papae q. 277. Bernard. reg. 107. Gratian. reg. 252. Anton. Corrac. in tract. de commun. opin. in prefat. ex n. 27. Hoied. de incomp. benefic. par. 1. cap. 1. ex num. 6. Burg. de Pace in proem. legum Tauri ex num. 51. Alciat. reg. 1. pref. 51. Petr. Magdalen. de numero testium in testam. p. 1. c. 16. ex n. 50. Cott. in memorab. verbo opinio communis, pag. 625. Rebuff. in aub. habita. C. ne filius pro patre. verb. examinatione vers. 5. pag. 579 in fin. Richard. Villah. Soar. & alij commun. opin. lib. 1. tit. 17. n. 421. cum multis seq. Viui. tom. 2. commun. opinio. d. 7. tit. 1. n. 20 in princ. Menoch. de præsump. lib. 2. q. 71. num. 72. Seraphin. de priuileg. Inram. prinil. 17. num. 16. Surd. de aliment. rit. 9. quaest. 44. num. 60. Gutier. pratt. lib. 3. q. 13. num. 34. Petr. Canall. in tract. de omni genere homicidij, num. 373. Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 802. Amat. Roder. in pratt. de modo & forma vinendi, seu examinandi processum cap. 10. num. 14.
- 8 Etenim opinio illa præsuntur, verior, adeoque in iudicando sequenda erit, quæ à maiori parte Doctorem recepta existit, pulcherrimi in id tenus sunt in l. atbleas 4. in princ. ibi, & generaliter ita omnes opinantur, ff. de his qui not. infam. l. ita vulneratus, in princ. ibi, dicitur vulgo. ff. ad leg. Aqu. vic. ibi, sanè crebrior apud veteres opinio est ff. de offic. questor. l. diui fratres 17. ibi, plures etiam iuris auctorum, ff. de iurepatron. Princip. Instir. de hered. instir. ibi, secundum plurimum sententias.
- 9 Communis tamen opinio non est præferenda illi opinioni, quæ validioribus, & melioribus rationibus nititur, Richard. d. tit. 17. n. 424. pag. 251. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 15. n. 56. Marta de Iurisdict. p. 2. c. 6. num. 6. & 7. vbi subdit nullum Doctorem posse fundare opinionem contra Ecclesiam. Nec est præferenda illi opinioni, quæ facit animæ, idem Marta d. p. c. 7. num. 29. In causis etiam matrimonialibus propter illarum fauorem possumus recedere à communi opinione. Felin. in c. 1. n. 1. vers. singularis, et licite non confert. Cott. in memorab. verbo nuptiarum pag. mibi 618. Menoch. de præsump. l. 1. pref. 71. n. 30. Sic denique omnia recepta communi Doctorem opinione possumus in iudicando sequi opinionem illam, quam aliquando Præceptores colendissimi veram esse affirmarunt secundum Ferret. conf. 31. Rebuff. de priu. Scholae. prinil. 72. & in aub. habita. C. ne filius pro patre, verbo examinationem, vers. nonum, pag. 180. Menoch. d. lib. 2. pref. 71. num. 51.
- 13 Et quia Doctores legendo magis nituntur veritati quam consulendo, quia in rectura cessat affectio, & cupiditas artis, ob id si reperiantur opiniones contrariæ, potius standum est opinioni, quam Doctor in legendo sequitur, quam ei, quam in consulendo tenet, vide Cranet. de antiq. tempor. p. 1. §. 1. n. 50. in fine & in §. propositum nostrum principale n. 48. Neuiz. in sylua nupr. lib. 5. n. 16. Boer. decis. 155. n. 24. Brunor. à Sole in q. legalibus, q. 44. n. 6. Menoch. d. pref. 71. ex n. 48. Richard. d. tit. 17. n. 429. pag. 251. Flamin. Paril. de resignat. benefic. to. 2. l. 11. q. 10. n. 31.
- 14 Quando tamen super aliquo dubio sunt diuersæ Doctorem opiniones, vna probabilis, alia verò pro-

babilior, licet tam Indici quam cuius priuato in foro Conscientiæ sequi probabilem, relicta probabiliori. Vnde Neuizan. in Sylva nupr. lib. 6. n. 4. Aym. Cranet. conf. 135. n. 40. in princ. Burg. de Pace in proem. legum Tauri n. 16. & n. 402. Menoch. de arbit. casu. 177. n. 74. & casu 339. n. 19. Armil. in sum. verbo opinio, num. 2. vers. nam qui sequitur. Sot. de Instituta lib. 3. q. 6. art. 6. ad 4. arg. Medin. 1. 2. q. 19. art. 6. vbi Lorca disp. 39. Gutier. Canon. lib. 1. c. 13. ex n. 23. Arag. 1. 2. q. 63. art. 4. vbi Saloni. controu. 2. & Bañes q. 10. a. 1. Salas 17. 8. disp. omnia sect. 6. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 7. prinilo 4. Soar. tom. 4. de Pœnit. disp. 12. sect. 9. & 10. de censur. disp. 40. sect. 5. n. 6. Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 4. n. 30. & lib. 3. disp. 10. num. 4. & lib. 8. disp. 6. n. 18.

De auctoritate opinionum Bartoli, & de eius laudibus plura tradunt Tiraq. in l. si vnquam, princ. n. 54. C. de reuoc. donat. & ad l. 3. commun. glof. 1. n. 9. Grammat. decis. 6. num. 15. Cott. in memorabilibus verbo Iurisferis pag. 486. Auil. ad c. 1. Prator. fol. mibi 32. Syluan. conf. 9. n. 18. Viui. tom. 1. commun. opinio. lib. 7. tit. 12. n. 20. vers. ex quo auctoritas Bartoli. Amat. Roder. in pratt. de forma, & modo videndi seu examinandi processum c. 10. n. 23. vbi dicit fuisse Lucernam, & Iuris Civilis Illuminatorem Mart. de Iuris d. part. 1. cap. 26. num. 71. & in votis nouiss. decis. voto 6. num. 6. vbi attestatur adesse constitutionem in tota Hispania quod Bartoli doctrina habetur pro lege, & apud nos est Ordin. Regia lib. 3. tit. 64. §. 1.

De glossarum auctoritate, & fide præstantissima vide Franc. Viui. lib. 2. opin. 398. ex n. 38. Roland. conf. 14. ex n. 39. & conf. 73. n. 13. vol. 3. Petr. Magdalen. de numero testium in testam. p. 3. c. 2. n. 87. Mascard. de probat. concl. 842. & concl. 1138. n. 15. cum seq. Plures refert Cened. ad Decretal. collect. 18. n. 6. quibus addo Viui. tom. 2. commun. opinio. lib. 7. tit. 12. de pœna Iudic. qui male iudic. n. 20. vers. & licet similiter, Barthol. Bolognin. in repet. aub. habita. n. 258. C. ne filius pro patre, Auil. ad c. 1. Prator. verbo fil. n. 15. Morl. in emporio Iuris, p. 1. tit. 1. q. 12. n. 3. Ceuall. commun. contra commun. in prefat. n. 61. cum seqq. Cened. pratt. & can. q. lib. 1. q. 8. n. 19. Amat. Roderic. d. c. 10. n. 33. Carrasc. in explicat. ad aliquas leges Recopil. c. 11. p. 2. num. 122. cum seqq. Franc. à Soula in repet. l. femina ff. de regul. Iuris p. 1. n. 252. vbi multa de glossis Acurrij.

## S V M M A R I V M.

- 1 Constitutio respicit futura, & non præterita.
- 2 Lex non extenditur ad præterita, sed trahitur ad futura.
- 3 Lex noua Iuris antiqui declaratoria quando extenditur ad præterita.
- 4 Lex non obligat ignorantes.
- 5 Decretum irritans ligat etiam ignorantes quoad alius nullitatem, non verò quoad penam.
- 6 Lex seu constitutio non habens decretum irritans, vt liget, necessarium requisitum est, vt fiat illius publicatio.
- 7 Refertur decisio Sacre Rota.
- 8 Lex ligare non potest nisi à die publicationis, vel post duos menses postquam fuit promulgata.
- 9 An ante duorum mensium lapsum scientes liget, ostenditur.
- 10 Leges Summi Pontificis vim habent obligandi quam primum in Curia Romana publicantur.
- 11 Lex non præsuntur promulgata, nisi id probetur.
- 12 Penam non meretur quod legitime factum est.
- 13 Pœna præsuptio: it culpam.
- 14 Culpa vbi non est, non potest esse delictum, nec pœna.
- 15 Peccata suos tenere debent auctores.
- 16 Nemo prinatur Iure suo sine culpa.

Eaf



## CAP. Cognoscentes. II. Greg.

**C**onstitutio respicit futura & non præterita. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Innocent. Anania, Dec. Host. Felin. Panorm. Barbar. Arctin. Butr. Beroi. Alexand. de Neno. Henric. Martin. Vranus, Mantua, Petr. Grego. Compstet. Cened. collect. 1. Viuian. in ration. primi libri Iuris Pontif. pag. 17. Alagona in compendio Iuris Can pag. 1. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. & vol. 2. repetitum in Iure Canonico ad primum Decretalium librum, Anton. Burgos, Andr. ab Exea. Franciscus Cofeius, Quintilian. Mandol. in appendice. Desumptus est ex D. Gregor. lib. 7. epist. 35. ad Fortunatum Episcopum, refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretalium lib. 1. tit. 7. c. 2.

2. Hanc eandem conclusionem ex hoc tex. desumunt & multipliciter declarant Bernard. Diaz reg. 136. alias 137. Burlat. conf. 2. 14. n. 21. cum seq. vol. 2. Ruin. conf. 76. n. 10. vol. 5. Magno Lucensi dec. 88. Alderan. Mascard. de interp. stat. q. 61. Bellug. in specul. Principum rub. 41. §. leges Regni, n. 15. vers. primum est, Capallin. milleloq. 607. Burg. de Pace l. 3. Tauri n. 37. Calcan. conf. 15. n. 13. & seq. Canaler. dec. 125. n. 9. Castren. conf. 34. in princ. lib. 1. Syluest. verbo lex, q. 23. Garc. reg. 195. Tiraq. in præfat. de retractu lig. à n. 18. & de Iure princ. q. 43. n. 17. Menoch. de arbit. lib. 1. casu 185. n. 1. & 16. Conl. lib. 3. var. cap. 13. n. 4. Sebast. Med. in tract. de legibus, part. 4. q. 35. Nan. in c. cum contingat, de rescript. excep. 14. Brun. 2. Sole in locis communibus, verbo, lex, 13. & verbo statutum 63. Matienf. lib. 3. glof. 16. tit. 10. lib. 5. nona recopil. Arastal. Germon. animaduers. lib. 1. c. 2. Perez lib. 10. glof. 1. col. 2. ante finem, tit. 1. lib. 3. Ordin. Azueto ad l. 6. tit. 1. lib. 2. recap. pag. mibi. 157. Morla in emporio Iuris, part. 1. tit. 1. q. 6. per totam. Castill. l. 48. Tauri, glof. de aqui adelante, Fr. Emman. Roder. q. Regular. tom. 1. q. 6. art. 17. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 5. c. 16. q. 13. Cardoso in præxi iudicium, & aduocat. verbo lex, num. 13. Henriquez conf. 75. num. 1. Flamin. de confident q. 1. num. 2. Ferrer. in consuet. Cathalonie glof. 4. n. 28. Armendariz in præmio additionis ad recap. legum Nauarræ num. 26. Bernard. Greue ad practicum Camera imper. lib. 1. concl. 9. n. 4. Don. Christophor. de Pace in Scholiis ad leges Styli. l. 200. n. 1. Ego ipse in r. Axiom. Iuris vsufreq. Axiom. 136. n. 22. Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha in comment. ad c. præterea 7. num. 3. dist. 28. & latius ad cap. & antiquis ex n. 7. dist. 28. vbi per conclusiones materiam optimè disponit, & exponit, Ioan. de Salas de legibus, quæst. 97. tract. 14. dist. 21. sect. 7. n. 17. & 18. cum seqq. Rot in Sabinen. Castri Montis rotundi, 8. Februarij 1627. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano, statim post princ. in vers. quauis, vbi dicit secus esse quando nominatim de præterito, & adhuc pendentes negotiis tantum sit. Farin. in præxi crimin. p. 4. decis. 10. num. 13. in fine, & ibi addit lit. F. & latè fragm. crimin. p. 2. lit. L. num. 25. cum seqq. Soar. de legibus lib. 3. cap. 14. plures antiquioribus refert Cened. ad Decretal. col. 1. n. 1. nouissime Otau. Glor. resp. 7. num. 26. & 27. vbi cum Magon. d. decis. 88. num. 1. dicit legem non extendi ad præterita iam perfecta, & non extendi ad præterita iam perfecta, & non expectantia perfectionem de futuro, quod quidem ampliat cum Menoch. conf. 240. n. 2. & 4. & conf. 499. n. 21. etiam si effectus actus præteriti adhuc pendeat, licet aliàs secus quando actus de præterito spectat perfectionem de futuro, ad not. per glof. verbo possessum in Clem. 2. de arate & qualis. Felin. in cap. vlt. num. 11. in §. fallent. inf. hoc tit. Magon. d. decis. 88. man. 12. Hieron. Gabr. conf. 42. vol. 2. Honded. conf. 16. num. 19. & seqq. vol. 1. Et quod lex

non trahatur ad præterita iam decisa, puta per sententiam, rem iudicatam, transactionem, iuramentum, solutionem, quietantiam, prescriptionem, & similia, quamuis in eadem lege nominatim & expressa fiat mentio de præteritis, dixi d. Axiom. 136. n. 23. Quando verò lex noua Iuris antiqui declaratoria, extendatur ad præterita, vide Cald. Pereira de potestate eligendi c. 11. d. 30. Morla d. q. 6. n. 11. cum seqq. P. Ribadan. in l. pro defensione Societatis Iesv, c. 15. Don Christoph. de Pace d. l. 200. n. 2. & 29. vers. oritur. Armendar. vbi proxime n. 45. Alderan. Mascard. de gener. stat. interp. conc. 13. n. 41. Card. Tusch. lit. L. concl. 264. n. 45. & concl. 265. n. 4. late Farin. fragment. crimin. p. 2. lit. L. n. 51. cum multis seqq. vbi conclusionem, firmat quod lex, constitutio, seu statutum Iuris antiqui declaratoria trahitur non solum ad futura, sed etiam ad præterita, & n. 52. quadrupliciter limitat, & metipsum d. Axiom. 136. num. 24. Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha in comment. ad cap. ex antiquis 9. n. 7. cum seqq. dist. 54.

Ignorantes. 1. Notatur ad hoc quod lex non obligat ignorantes, Henric. d. conf. 7. à num. 7. Aloyf. Ricc. in collectan. decis. p. 5. collect. 1580. nisi apponatur in eadem decretum irritans, cuius natura est ligare etiam ignorantes quoad actus nullitatem, non quoad penam, c. 1. de concess. præbende in 6. cap. si eo tempore, de elect. eod. lib. Bonacof. commun. opin. lib. 1. tit. 18. n. 5. Rota in vna Derusen. parochialis 12. Februarij 1593. coram Penia, apud Garc. de benefic. p. 4. c. 1. n. 90. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. ref. 7. num. 15. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1276. vbi resoluit constitutionem in qua adest decretum irritans ligare ante publicationem, Flamin. de resignat. lib. 5. quæst. 6. num. 220. cum seq. & l. 11. q. 4. num. 44. & quæst. 13. num. 86. Francisc. Galler. in margarita casuum conscientie, verb. clausula. Fr. Emman. q. Regular. tom. 2. q. 73. art. 1. Farin. fragmentor. crimin. lit. C. n. 672. Cenall. communium contra commun. quæst. 903. n. 11. Cald. Pereira q. forens. lib. 1. quæst. 6. num. 30. & 31. Martha de clausulis p. 1. claus. 191. n. 12. & de Iuris dict. part. 4. cent. 1. casu 94. n. 32. cum alijs per me citatis in r. de clausul. vsufreq. claus. 40. n. 7. & 13. Ad hoc enim, vt lex, seu constitutio non habens decretum irritans liget, necessarium requisitum est, vt fiat illius publicatio solemnitas, & publica, quia lex humana neminem obligat priusquam promulgetur, etiam data scientia, cap. in istis, §. leges, dist. 4. l. fin. de decretis ab ordine faciend. l. leges sacratissime, C. de legibus. Nauar. confil. 2. m. 3. & 4. de constit. in vtrique edit. Sebast. Medices in repet. c. 11. erit autem lex, dist. 4. num. 67. Anton. Gabriel communium, tit. de legibus concl. 4. Azor. d. l. 5. cap. 3. quæst. 1. Greg. de Valentia tom. 2. dist. 7. q. 5. punct. 5. Cened. ad Decretum collect. 1. num. 5. & ad Decretal. collect. 1. num. 3. Nicol. Garcia de benefic. p. 5. c. 8. n. 14. Soar. de legibus, lib. 3. cap. 16. & 17. Sayc. sub tit. de constit. decis. 1. Anton. de Moure in examine Theologia moralis, p. 2. c. 3. §. 3. Steph. Gratian. Marchia decis. 200. num. 10. & seqq. Camil. Borcl. in summa omnium decis. tit. 13. n. 22. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad d. cap. in istis §. leges, n. 5. Francisc. Coriolan. post tract. de casibus reservatis, vbi de absolutione à casibus Bullæ in Cæna Domini n. 1. Et ad hoc propositum placet transcribere Rotæ Romanæ optimam. decisionem in vna Calaguritana beneficij SS. Iacobi, & Andrea 17. Maij 1593. coram Card. Blanchetto, quæ sic ait: Domini steterunt in decis. cum enim beneficium, de quo agitur, vacauerit de mense Februarij 1587. & Mortuus proprius fuerit publicatus de anno 1519. non potuit ligare, nisi à die publicationis, vel post duos menses, postquam fuit promulgatus, glof. in præmio Clement. & ibi Doct. Dec. in cap. 2. de constit. n. 15. & ibi Beroi. num. 50. Roland. à Valle conf. 8. num. 21. cum seqq. 3. Gabr. com. tit. de legibus concl. 4. n. 6. idque etiam



etiam procedit quoad scienter, Bald. l. uni. §. fin. C. de caducis tollend. Non obstat quod hæc procedunt in lege vniuersali, quia ista, vel est lex vniuersalis illius diocesis, & intrant prædictæ, vel est particularis constitutio respiciens fanorem Episcopi, & Episcopus potuit illa non vti, vt fuit decilum: vel saltem requirebatur publicatio, licet ligaret statim ante lapsum duorum mensium, vt loquitur Felin. in c. 2. de const. n. 7. allegatus pro Franc. Non obstat quod decretum irritans ligat etiam ignorantes, quia est verum, vbi in aliquo loco est facta publicatio, prout de regulis Cancellariæ tradit Sarnen. in præmio regularum. Et decretum irritans semper sequitur naturam dispositionis super qua apponitur, Put. decis. 1. l. 1. Hactenus decilum. Ex qua aperte colligitur, & Iuris est exploratissimi, superioris Principis constitutionem post duos menses à die publicationis ligare subditos, sed non abs te dubitari potest, an ante duorum mensium lapsum scientes liget affirmatiuam tenent partem in præfenti Bald. n. 5. vers. ex prædictis Panor. n. 7. vers. disceptatio. Imol. n. 5. vers. & aduerie, Felin. col. 4. n. 7. Bero. n. 50. & alij plures, vt per Feder. Senis, Franc. Domin. Præpos. Panor. quos referunt, & sequuntur Rendina in prompuario recept. sent. in fine tom. 1. in miscel. n. 1. & Azor. d. cap. 3. q. 8. quicquid contrarium velint Butr. hic col. 3. n. 17. vers. puto de mente Iur. Dec. l. 1. n. 16. col. 6. Menoch. de arbitri. casu 185. num. 10. Mau. conf. 1. n. 8. de consuet. Leges vero summi Pontificis vim habent obligandi, quam primum in Curia Romana publicantur, & in acie campi Floræ, & ad valvas Basilicæ Apostolorum affixæ sint, & in Cancellaria Apost. pro publicatis habentur, Siluest. verbo, lex. q. 6. vers. 3. Gomez in proem. reg. Cancell. q. 2. ante fin. Valent. d. puncto 4 dub. 2. Azor. dist. cap. 3. quæst. 3. Fr. Emman. q. Regul. tom. 1. quæst. 6. art. 2. in fine. Vtrum autem legis promulgatio in Curia Principis sufficiat ad omnes subditos obligandos; vide Soar. de legibus lib. 3. cap. 17. Salas in simili tractat. disput. 1. 2. sect. 2. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. libro 13. cap. 16. num. 151.

11 Illud in præfentiarum aduere oportet, legem non præsumi promulgatam nisi id probetur, quia promulgatio est quid facti, Menoch. de præsumpt. l. 2. præf. 1. n. 2. & præf. 2. n. 2. quem refert & sequitur Emman. de Valle de Moura de encant. & ensalmis, sect. 1. c. 5. n. 13. reproband opinionem Nicolai Garc. de beneficiis. part. 2. c. 1. n. 44. contrarium tenentis.

12 In glos. [Culpa.] ibi (quia quod legitime factum est panam non meretur.) Vide Card. Tusch. præf. concl. tom. 6. lit. P. concl. 208. Campan. in diuersorio Iuris Can. rub. 1. l. c. 3. n. 26. vers. insuper, Flamin. de confident. q. 5. n. 47. Marc. Anton. var. lib. 3. resolut. 4. n. 2. Nam poena præsupponit culpam, D. Thom. 2. 2. q. 108. art. 4. in solut. & cap. 2. q. 87. tit. 7. & 8. Sot. de iustitia lib. 1. q. 6. art. 5. col. 2. vers. profecto, & vers. verumtamen, Syluest. verbo, poena, num. 25. Cou. var. lib. 2. cap. 8. in princ. & num. 1. vers. tertio. Sord. decis. 277. num. 19. Gutier. canon. lib. 2. cap. 30. num. 12. cum seq. Cened. ad Sexum collect. 1. num. 2. citati per me in tract. Axiomat. Iuris vsufr. Axiom. 181. n. 1. Et vbi non est culpa, non potest esse delictum, cap. cum voluntate, de sentent. excom. Perett. in Extrau. ambitiosa, de rebus Ecclesiæ non alien. pag. 94. n. 30. & per consequens nec poena, l. si putator, ff. ad legem Aquil. l. sine culpa de regulis Iuris in 6. Thom. de Thomassitis reg. 283. Ioseph. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, l. 2. cap. 10. num. 8. citati per me Axiom. 62. num. 2.

15 In ead. glos. ibi (& peccata suos debent tenere auctores.) Vide Cald. Pereira q. forensium in comment. ad l. unicam, C. ex delictis defunctorum, part. 3. num. 8. Sord. de alimentis, tit. 1. q. 38. n. 20. Farinac. in praxi crimin. part. 1. q. 23. num. 1. Bertazol. in repet. l. si quis maior, C. de transact. Tom. I.

num. 111. Escobar. de ratiocin. cap. 42. num. 7. Cardin. Tusch. tom. 6. lit. P. concl. 112. metipsum d. Axiom. 62. num. 1.

In ead. glos. ibi (Nemo prinatur Iure suo sine culpa.) 16 Vide in libello de principiis verisq. Iuris tit. I. num. 50. Sanch. de Matrim. lib. 9. disp. 32. num. 6. Ex causa tamen, etiam absque culpa, diuino & humano iudicio poena infertur, vt in Iuribus hic citatis, quæ adducit Couar. lib. 2. var. c. 8. n. 1. vers. 1. An iuste, & quando innocens ob alterius crimen & delictum puniri valeat, vide plenissime citatos per Cened. d. collect. 1. n. 2.

## SUMMARIUM.

- 1 Connexorum de vno statutum ad aliud connexum extenditur.
- 2 Declaratur auctoritas Apostoli ad Hebræos, cap. 7.
- 3 Ab vno connexorum fit extensio ad alterum.
- 4 Connexa dicuntur indiuidua, & reputantur vnum.
- 5 Vbi est eadem ratio, ibi debet esse idem Ius.
- 6 Vbi est eadem ratio, ibi dicitur adesse eadem lex non extensiuè, sed comprehensiuè.

## CAP. Translato. III. D. August.

Extensio fit ab vno connexorum ad aliud, ex quo, 1 Translato Sacerdotio, legis translato fit colligit ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Imola, Innoc. Anania, Dec. Hostien. Felin. Panor. Barbat. Arcet. Anchar. Butr. Alexand. de Neuo, Henric. Martin. Vranus; Mantua, Petr. Greg. Compot. Vitian. in ration. primi libri Iuris Pontificij, pag. 18. Alagona in compen. Iuris Can. pag. 1. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. & Casal. in annot. & vol. 2. repetitionum in Iure Canon. ad primum Decret. librum. Quintil. Mandos. in appendice, refertur ab Antonio Augustino collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 4.

Translato Sacerdotio, &c. ] D. Paul. ad Hebr. c. 7. quem 2 explicant. Sot. de iust. lib. 2. q. 5. art. 4. & q. 6. art. 1. Cou. lib. 1. var. c. 17. n. 1. Perez l. 3. vers. queritur deinde vigesimo quinto, tit. 4. l. 8. Ordin. à pag. 142. Petr. Magdalen. de numero testium in testam. p. 1. c. 1. n. 27. Alphons. Castro lib. 9. aduersus hereses verbo lex, gelati per Cened. ad Decretal. collect. 8. n. 3. Sacerdotij appellatione continetur omne Sacramentum, quo gratia confertur, ita Ioan. Andr. Anch. & alij in præfenti, teste Anton. Ricciul. in tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 2. c. 1. n. 9.

Quod de vno dicitur, necesse est vt de altero intelligatur. 3 Quia ab vno connexorum fit extensio ad alterum l. 3. §. iudicio contrario, ff. de contraria act. tutela, l. proinde, ff. ad legem Aquil. l. cum actum, ff. de negot. gestis, cap. præterea, infra, de offic. deleg. Sord. de aliment. tit. 9. quæst. 31. num. 16 cum seqq. & conf. 196. num. 9. & conf. 338. num. 3. & decis. 199. n. 13. Hieron. Fernandez de Otero in repet. cap. fin. de pactis, num. 6. Mar. Antonin. var. l. 3. resol. 9. n. 2. Hippol. sing. 251. num. 1. Cott. in memorab. verbo, connexorum, pag. 166. Ioan. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiæ, part. 1. cap. 7. n. 71. Scobar de ration. cap. 13. n. 11. Mendez à Castro in praxi Lusitana lib. 5. cap. 1. num. 43. Card. Tusch. tom. 2. lit. C. concl. 626. Gironda de privilegiis, & exemptionum explicat. n. 751. Connexa dicuntur indiuidua, Sord. d. decis. 199. num. 13. Ego ipse in tract. de Axiomat. Iuris vsufreq. Axiom. 51. num. 2. Et reputantur vnum, Sigismund. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 21. sub num. 25.

In glos. [Quod de vno.] ibi (vbi est eadem ratio, ibi debet esse idem Ius) illud, ff. ad legem Aquil. l. illud, C. de Sacrosanct. Ecclesiæ, l. si postulaueris, §. 2. ff. ad legem, Iulian. de Adult.



# 14 Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

*Adult. l. quidam numularios, ff. de edendo, §. pari notatione, Insit. quibus modis l. ius patrie potestatis soluitur. Portol. in tract. de consuetudinibus & fideicom. legal. c. 5. n. 14. Surd. conf. 301. n. 19. & decis. 5. n. 10. Thom. de Thomaf. reg. 299. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum, p. 2. n. 6. Casfar. Argel. de contradicatore legitimo, q. 10. n. 115. Trenta-  
cinq. var. lib. 1. tit. de statutis resol. 1. sub n. 2. §. 1. Vgolin. de officio & potestate Episcopi, c. 13. §. 27. n. 1. vers. quid igitur, & c. 49. §. 4. n. 2. Farin. in praxi crimin. p. 7. fragment. lit. E. n. 51. cum seqq. Ego ipse in tract. de Axiom. Iuris ususseq. Axiom. 197. n. 3. Vbi enim est eadem ratio, ibi dicitur adesse eadem lex non extensivè, sed comprehensivè, d. l. illud, C. de Sacros. Eccles. l. his solis, §. satis etiam causè puta-  
mus, C. de renovand. donat. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proem. n. 105. Surd. decis. 276. n. 8. Gutier. pract. l. 3. q. 17. à n. 84. Ego ipse d. Axiom. 197. n. 7.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Lex, quæ vno malorum prohibito, cætera exinde orien-  
tia prohibet, bona est.
- 2 Concupiscentia dicitur à concupisco, & traditur de-  
finitio.
- 3 Legislator non debet legem promulgare punientem omnia  
crimina, sed quadam sub silentio pertransire.
- 4 Præcepti transgressio est mortale peccatum.
- 5 Vno prohibito omnia prohibentur per quæ perveniunt  
ad illud.
- 6 Cupiditas est radix omnium malorum.

## C A P. Nam concupiscentiam. IV.

**L**EX, quæ vno malorum prohibito, cætera exinde  
orientia prohibet, bona est. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imola, Innoc. Anania Dec. Hostien. Felin. Barbat. Aretin. Butr. Alexand. de  
Neno, Henric. Martin. Vran. Petr. Gregor. Compstetel. Viuian. in ration. primi libri Iuris Pontif. pag. 18. Alagona  
in compendio Iuris Canon. pag. 5. remissivè Ximen. in com-  
ment. p. 1. & 2. Desumptus est ex D. August. super episto-  
lam ad Romanos, c. 7. refertur ab Anton. August. Collect. 1.  
Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 6.

**Concupiscentiam.** Concupiscentia dicitur à concu-  
pisco, & est appetitus delectabilis sensitivè, & subie-  
ctivè in appetitu sensitivo, ac omnium malorum radix,  
vt ex D. Thom. & aliis tradit Perez l. 1. in glos. verbo,  
cobdicia, tit. 2. lib. 8. Ordin. pag. 37.

**Omnia.** Notatur ad hoc quod legislator non debet  
legem promulgare punientem omnia crimina, sed  
quadam sub silentio pertransire, Rebuff. in proem. ad  
leges Gallia, glos. l. n. 37. cum seqq. Nam multa à legibus  
& Canonibus permittuntur, quæ licet impune fiant,  
non tamen carent vitio, & dedecore, quia non omne  
illicitum punitur, sed id tantum quod statuit lex esse  
delictum, l. 3. §. non perpetuo, vers. Diuus ff. de sepulchr. viol.  
l. militis, C. de Relig. & sumpt. funer. & ideo inter precipuas  
legis virtutes permissio communeratur, cap. omnis, dist. 3. vbi  
dixi, Soar. de legibus, lib. 1. cap. 1. §. ex n. 5. vsque ad n. 12. &  
c. 16. à n. 4. vsque ad 8. Salas eod. tract. disp. 3. sect. 4. n. 15.  
Valg. l. 2. q. 92. art. 1. n. 9.

Notatur etiam ad hoc quod præcepti transgressio  
est mortale peccatum, vt per Nau. in cap. negotium, n. 7.  
cum seqq. de Pœnis dist. 5. Cened. ad Decretal. collect. 1. n. 2.  
post Azorium, & Molinam idem tradit Sanch. in præ-  
cepta Decalogi, l. 1. c. 1. à n. 4.

In glos. [Vnde] ibi, (vno prohibito omnia prohibentur,  
quæ sequuntur ex illo. Item & omnia per quæ perveni-  
tur ad illud, l. oratio, ff. de sponsal. l. pupillus, ff. sed si per in-  
terpositam, ff. de auctor. iur. l. legem, in fin. ff. de naturalibus

liber. c. cum quod prohibetur, de regulis Iuris in 6. cum simi-  
libus citatis per Mascard. de probat. concl. 102. Surd. conf.  
301. n. 74. Franc. Gallet. in margarita casuum conse. verbo  
prohibere. Vital. de Camban. tract. clausularum, pag. mibi  
293. n. 12. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. c. 15.  
n. 20. D. Barbosa in l. 1. p. 3. n. 57. ff. soluto matr. & per met-  
ipsum in tr. de Axiomat. Iuris ususseq. Axiom. 193. n. 3.

In glos. [Oriuntur] ibi, (cupiditas est radix omnium  
malorum.) S. Gregor. lib. 7. Epist. 110. relatus in cap. bone-  
rum 47. dist. ita ait: Bonorum auctori inherere aliter  
non valemus, nisi cupiditatem à nobis, quæ omnium  
malorum radix est, abscindamus, refero Ego ipse in tr.  
de officio, & potestate Episcopi part. 1. tit. 2. de Episcopali  
munere, glos. l. 5. n. 9. vbi à n. 1. totus in ostendendo sum,  
qualiter dicatur cupiditas.

## S V M M A R I V M.

- 1 Constitutiones Decretorum singularibus sunt opinionibus  
preferenda.
- 2 Sapiens non debet quis esse apud semetipsum.
- 3 Papa in decisionibus causarum maior est omnibus San-  
ctis, qui Summi Pontifices non fuerunt.
- 4 Periti semper consulendi sunt, vt quis valeat excusari.

## C A P. Ne innitatis. V. D. Hieron.

**C**ONSTITUTIONES Decretorum singularibus sunt opi-  
nionibus preferenda. Colligunt ex Ordinac. Abb.  
antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Barbat. Imo-  
la, Innoc. Anania Dec. Hoff. Felin. Panor. Butr. Alex. de  
Neno, Henric. Boich. Martin. Vran. Anchar. Aretin.  
Petr. Gregor. Compstetel. Viuian. in ration. primi libri Iu-  
ris Pontif. pag. 9. Alagona in compen. Iuris Canon. pag. 5.  
remissivè Ximen. in concord. p. 1. & 2. Desumptus est ex  
D. Hieron. in parabolis c. 3. refertur ab Anton. August.  
collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 6.

Non debet quis esse sapiens apud semetipsum, vt  
probat text. in presenti, quem ad hoc propositum refert  
Aloys. Ricc. in collectaneis decisionum p. 4. collect. 977. in  
prin. Non fiat Abbas, inquit S. Greg. qui sibi sapiens  
esse videtur, nec est in suo sensu humilis, refero Ego  
ipse in tract. de officio, & potestate Episcopi, p. 1. tit. 2. glos. 6.  
n. 7. Nam Sanctorum Patrum dicta sunt imitanda, &  
exempla sequenda, vt ait Concil. Trid. sess. 4. paulo post  
princip. Bernard. reg. 638. imo eorum dicta haberi pro  
lege in decisionibus causarum tenent Felin. hic num. 2.  
Gregor. Lop. l. 6. glos. 1. tit. 1. p. 1. Fr. Emman. quæst. Regul.  
tom. 1. q. 6. art. 2. vers. quoad primam, Illustriss. D. meus Ro-  
dericus à Cunha in comment. ad cap. Dominus 15. num. 1.  
dist. 19. vbi n. 2. intelligit procedere, nisi dictum viuius  
Sancti, dicto alterius reperitur contrarium, in deci-  
sionibus verò causarum maior est Summus Pontifex  
omnibus Sanctis, qui Summi Pontifices non fuerunt,  
Abb. in cap. qualiter & quando, lib. 2. n. 2. de accusat. Ludon.  
Gomez. in repe. c. 1. n. 47. de constit. in 6. Mascard. concl. 191.  
num. 11. Dionys. Paul. de vera qual. Patriarchat. eadum  
erectione c. 6. n. 14. & in dubiis ad finem, vt quis excu-  
sari valeat, semper consulendi sunt periti, Rubin. decis.  
99. & ideo contulens superiorem credens illum habe-  
re sufficientem scientiam, etiam si erret, non peccet,  
Sayr. in floribus decis. sub tit. de penit. decis. 10.

## S V M M A R I V M.

- 1 Constitutio Collegij antiquam consuetudinem auferens,  
quæ redundat in damnum aliquorum, & commodum  
aliorum, cessante rationabili causa non valet.
- 2 Quod quisque Iuris in alterum statuit, ipse debet vri.

4 Facium



- 4 Fructum à maiori parte in rebus Collegij, vel commun-  
nitatis valet.
- 5 Maior pars Collegij decernere, & statuere potest in  
præiudicium minoris, quod limita ut ibi.
- 6 Factum à minori parte in iis, quæ sunt communia pluri-  
bus ut singulis, etiam si essent mille non valet nisi  
omnes consentiant, intellige ut ibi.
- 7 Citatio eius cuius principaliter interest, est necessaria  
non autem illius, qui in consequentiam ladi potest.
- 8 Capitulum non potest statuere super iis, quæ tangunt  
statutum generale Ecclesie, vel Iura Episcopi sine  
consensu eiusdem.
- 9 Lex vel statutum Episcopi non valet sine consensu  
Capituli.
- 10 Consuetudo valet quod quis in absentia, seu non resi-  
dens percipiat fructus suorum beneficiorum, non au-  
tem distributiones quotidianas.
- 11 Mandatum de manutenendo dandum non est ut quis  
lucretur distributiones in absentia.

## CAP. Cùm omnes. VI. Innoc. III.

- 1 Constitutio Collegij antiquam consuetudinē au-  
ferens, quæ redundat in damnum aliorum, &  
commodum aliorum, cessante rationabili causa non  
valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar.  
Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imola. Innoc. Anania. Dec.  
Host. Felin. Barbat. Aretin. Panorm. Butr. Bero. Alex.  
de Neno. Henric. Boich. Martin. Vtan. Mantua. Petr.  
Greg. Compstet. Alagona in compen. Iuris Canon. pag.  
5. Viuian. in ration. primi libri Iuris Pontif. pag. 19 remil-  
siue Casal. in annot. & Ximen. in concord p. 1 & 2. & vol.  
2. repetitionem in Iure Canonico ad primum Decretalium  
librum, Ioan. Bapt. Ferrer. Anton. Burg. Andr. ab Exea,  
refertur ab Antonio August. collect. 3. Decretal. lib. 1.  
tit. 1. c. 1.
- 2 Quod quisque Iuris in alterum statuit ipse debeat eo  
uti [L. 1. ff. quod quisque Iuris. Cardin. Tusch. tom. 6. litt.  
Q. concl. 49.]
- 3 Coaquetis [Secundum cuiusque Canonici dignita-  
tem, & conditionem, Sured. de alimentis, tit. 4. q. 18. n. 72.]
- 4 In glos. [Constitutum, 1. jibi] (sed nunquid est verum,  
& c.) Notatur ad hoc quod factum à maiori parte in re-  
bus Collegij, Vniuersitatis, vel communis valet, ut  
per Duen. reg. 196. Caputaq. decis. 191. & 203. p. 3. Buc-  
caron. de different. inter iudicia civilia & crimin. differ.  
162. n. 13. & 14. Subdit quod cum negotia vniuersi-  
tatis de facili non possunt expediri, si omnes deberet  
consentire, idcirco factum est, ut quod à maiori parte  
agitur ad vniuersos referatur, & ex n. 15. probat secus  
esse in criminalibus, & in arduis, quia in huiusmodi  
non sufficit maior pars Decurionum, seu Consiliario-  
rum, sed debent omnes consentire, & factum à ma-  
iori parte Capituli, Collegij, aut Vniuersitatis quod  
dicatur latè Ioan. Baptista Colla de facti scient. & ignor.  
in 3. p. 30. per tot Et notatur ad hoc tex. hic, quod maior  
pars Collegij decernere, statuere, & derogare potest in  
præiudicium minoris partis, ut per Felin. hic num. 17.  
quod limita nisi collegium, seu Capitulum vellet ali-  
quid statuere contra privilegium seu exemptionem,  
tunc enim vnus solus potest contradicere, atque illud  
impedire, Abb. in c. vemens, num. 21. post princ. inf. de præ-  
script. vbi etiam Felin. n. 4. vers. dum allegat idem Felin.  
hic n. 18. vers. fallit. secundo, quos refert Erasim. à Co-  
chier de Iurisf. Ordinarij in exemptos p. 3. q. 16.
- 5 In ead. glos. jibi] (sed ut singulis.) Notatur ad hoc  
quod factum à maiori parte in his, quæ sunt commu-  
nia pluribus ut singulis, etiam si esset mille, non valet  
nisi omnes consentiant, Duen. reg. 205. Gomez tom. 2.  
var. c. 3. n. 14. Azeued. ad Curiam Pisanam lib. 2. cap. 14.  
Tom. 1.

Villag. in tract. de rebus Eccles. non alien l. 1. p. 1. cap. 101.  
n. 7. & 8. & c. 102. n. 7. me citato in hoc loco, Diana in  
ref. Moral. p. 1. tr. 3. ref. 29. & intellige de singulis, de  
quorum præiudicio principaliter agitur, secus si se-  
cundario, gloss. ult. in cap. quamvis pactum, de pactis in 6.  
recepta communiter, ut per Tirag. in tr. res inter alios  
in princ. n. 10. & 11. & ita contradictio vnus sufficit  
in his quæ competunt Iure singulari, ut per Abb. n. 7.  
vers. & dico, Butr. n. 18. & Beron. n. 58. Card. Caualer.  
decis. 134. n. 5. Vnde in simili citatio eius cuius prin-  
cipaliter interest, est necessaria, non autem illius, qui  
in consequentiam ladi potest, ut per glos. in l. de vno-  
quoque, ff. de re iudic. resoluunt Bellacomb. l. 2. commu-  
nium opinion. pag. 285. v. 4. Perez ad l. 1. tit. 2. lib. 2. Or-  
din. pag. 93. Menoch. conf. 311. n. 24. Gam. dec. 195. n. 3. &  
dec. 207. n. 1. Hippol. conf. 113. d. n. 54. Sured. dec. 256. n. 1.

In ead. glos. jibi] (quia sine consensu Episcopi facta fuit.)  
Notatur ad hoc quod Capitulum non potest statuere  
super his, quæ tangunt statutum generale Ecclesie,  
vel iura Episcopi sine consensu eiusdem, ut per In-  
noc. hic n. 1. Abb. n. 4. Butr. n. 45. Felin. n. 9. Bero. n. 36.  
& 46. Calderin. conf. 2. sub hoc tit. quos refert, & sequi-  
tur Rota decis. 21. apud Farin. p. 2. recent. Benedic. Ca-  
pra tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 2. de Episcopis, &  
Clericis n. 24. pag. 154. Marefcot. var. lib. 2. c. 32. num. 22.  
& 23. Greg. decis. 66. n. 11. Vnde etiam lex, vel statutum  
Episcopi non valet sine consensu Capituli, Abb. in c.  
quanto, n. 4. de his, quæ sunt à Prelato, Armendar. in pro-  
m. additionum ad recopilationem legum Nauarra, n. 128.  
Intellige illam glossa resolutionem procedere, vbi  
statuta non fuerunt Iuri communi contraria, tunc enim  
non sufficeret consensus Episcopi, sed requireretur  
beneplacitum Apost. quia Capitulum nec etiam in-  
terueniente consensu Episcopi potest statuere contra  
Ius commune Oldrad. conf. 259. num. 9. Feder. de Senis  
conf. 17. per tot. Alex. conf. 106. n. 1. l. 2. & fuit resolutum  
in Hispal. proportionis de Offina 10. Februarij 1623.  
coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, in qua fuit  
dictum fuisse inualidum statutum à Capitulo condi-  
tum, quod descendentes ex genere infecto, non ad-  
mittantur ad beneficia Ecclesiastica, cum huiusmodi  
statuta sint contra ius commune in c. eam te, de rescript.  
optime Ferentil. in annot. ad decis. 758. Buratri.

In glos. [Consuetudinem vlt.] Notatur ad hoc quod  
valet consuetudo quod quis in absentia, seu non resi-  
dens percipiat fructus beneficiorum suorum, ut per  
Duen. reg. 134. Selu. de benefic. p. 4. q. 2. n. 1. Con. lib. 3.  
var. c. 13. n. 9. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. n. 107. Mo-  
neta de distribut. quotid. p. 2. q. 12. d. n. 31. vbi tenent id  
procedere modò Ecclesie Cathedralis, & Collegiate  
præsertim insignes non paterentur defectum mini-  
strorum, aut talis consuetudo non præbeat occasionē  
vagandi. Non valet tamen quod habeat distributiones  
quotidianas, ut probat tex. in c. vni. de clericis non resid.  
lib. 6. innouatus, & in vsum renouatus à Concil. Trid.  
sess. 24. de reformat. c. 12. vers. distributiones vero, Selu. d.  
q. 2. n. 8. in fin. Con. d. c. 13. n. 2. Duen. d. reg. 134. limit. ult.  
Azor. instit. mor. p. 2. lib. 7. c. 3. q. 2. & 4. Moneta d. q. 12.  
n. 37. Nicol. Garcia de benefic. p. 3. c. 2. n. 430. vbi etiam  
id intelligit de consuetudine immemoriali, & hinc  
Rota apud Seraphin. decis. 140. n. 1. infert non esse  
alicui dandum mandatum de manutenendo, ut quis  
lucretur distributiones in absentia.

## S V M M A R I V M.

- 1 Constitutio laicorum Ecclesiam seu eius bonâ non ad-  
stringit.
- 2 Clerici & Ecclesia non ligantur statutis laicorum.
- 3 Laici ex vi consuetudinis Ius, potestatem in Clericos  
habere non possunt.

B 2

4 Præscri



- 8 *Prescriptio immemorialis non aequaleat privilegio ubi adest incapacitas ex parte prescribentis.*
- 9 *Lex civilis iusta obligat in foro Conscientiae.*
- 6 *Lex faenalis etiam si ipso facto, vel ipso iure poenam constituat, minimè potest non obtemperantibus gignere obligat onem, qua debeat reus luere, & solvere poenam in foro Conscientiae ante Iudicis sententiam.*
- 7 *Paupertas illa maximè nocet, qua culpa alicuius provenit.*
- 8 *Fendi alienario valet sine consensu domini, quando vnus vassallus infestat alium de feudo, & recognoscitur à domino.*
- 9 *Vassallus feudum filiae suae non potest in dotem dare.*
- 10 *Fendum potest à vassallo domino renuntiari sine alia facultate.*

# CAP. Quae in Ecclesiarum VII.

- 1 **C**onstitutio laicorum, quod ipsis ob inopiam liceat feudum Ecclesiasticum alienare, facta sine legitimo consensu Ecclesiasticorum non valet, & venditio facta est ipso iure nulla. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Collect. Zabari. Anch. Bellam. In. Andr. Inola. Innocent. Anania, Dec. Host. Felin. Panorm. Buttr. Berol. Barbat. Aretin. Alexand. de Neuo, Henric. Boich. Martin. Vranus, Mantua, Petr. Greg. Compotfel. Cened. Collect. 2. Alagona in compen. Iuris Can. pag. 6. Viuian. in ration. lib. 1. Iuris Pontif. pag. 20. remissuè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. & vol. 2. reperitum in Iure Canonico ad primum Decretalium librum, Anton. Burgos, & Hippolyt. Reginald. refertur ab Antonio Augustino collect. Decretal. lib. 1. tit. 1. cap. 2.
- 2 Collige ex tex. Clericos, & Ecclesiam non ligari statui laicorum, vt per Tiraq. de iure primog. q. 43. à principio & in prafat. retractus lib. 1. 4. & §. 1. glof. 13. n. 4. & de iudicio in rebus exiguis n. 63. vers. 43. & in legibus conub. glof. 8. à n. 171. Mol. de primog. lib. 2. c. 10. num. 78. Mench. quest. frequent. c. 5. num. 5. Nau. in cap. nouit notab. 3. corol. 17. Greg. Lop. l. 56 glof. 10. tit. 6 p. 1. Rebuff. ad leges Galliae, t. 1. in praeem glof. 1. n. 57. Marant. disp. 8. ex num. 3. Lancel. Gallia, in consuetud. Alexand. glof. maritus, q. 4. ex n. 6. Soar. de legibus, lib. 3. c. 34. n. 15. Ioan. Garc. reg. 292. Caualcant. p. 2. decis. 9. à n. 79. Perez l. 7. in glof. porque todo esto seria, tit. 2. l. 1. Ord. Seraph. de priuilegiis, priuileg. 77. n. 24. Mexia in tr. tasse panis, concl. 1. n. 13. Surd. conf. 2. à n. 3. & conf. 3. c. 1. à n. 1. & n. 12. Menoch. de interditiis, remed. 14. recap. n. 54. cum segg. Matienso l. 1. glof. 1. n. 1. tit. 3. l. 5. noua recap. late Morla in emporio Iuris, par. 1. tit. 1. quest. 16. per totam, Molina de iustitia, tract. 2. disp. 31. concl. 6. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 12. q. 1. Valasc. de Iure emphyt. quest. 20. num. 6. col. 4. D. Barbosa in l. Titia, num. 32. ff. soluto matr. Cald. Pereira de renon. emphyt. q. 17. n. 11. & de nominat. q. 7. n. 5. Oliban. de Iure fisci, cap. 14. num. 138. plures per Castil. lib. 2. quotid. cap. 5. num. 16. & Cened. ad Decretales collect. 1. n. 1. Vnde nec ex vi consuetudinis Ius, & potestatem in Clericos laici habere possunt, vt per Surd. conf. 301. num. 5. & decis. 129. num. 5. Guttier. canon lib. 1. c. 14. n. 2. Azor. d. c. 12. Farinac. in praxi crimin. part. 1. tit. de Inquisit. q. 8. num. 1. Ceual. communium contra communem, 4. q. 896. n. 57. Nam cum Laici sint incapaces iurisdictionis Ecclesiasticae, illis non proficit consuetudo, nec praescriptio immemorialis, qua non aequaleat privilegio, ubi adest incapacitas praescribentis, Card. Tusch. lit. I. concl. 433. n. 46. & lit. L. concl. 142. num. 117. Ioan. Beltran. de Gueuara in propugn. Ecclesiasticae libertatis, & Pontificiae potestatis, §. 7. prima assertionis, num. 37. Nicol. Garc. de benefic. p. 1. cap. 1. n. 37. Intellige supradicta procedere in constitutione particulari Laicorum circa bona clericorum disponente, non sic in generali, quae non concernit personas principaliter, nec accessorie

Clericorum, sed boni in publicum totius communitatis ad eorum mutuum societatem, & vniuersitatem, & sic in hoc casu omnes Clerici obligantur quoad vim directiuam, vt late tradit Soar. de legibus lib. 3. c. 34. Lex enim temporalis ratione directiua obligat etiam Clericos quatenus vniuersaliter tangit, & respicit bonum publicum, & commune Laicorum, & Clericorum, quia iustum est, & rationi consonum, vt pars subiiciatur conseruationi, & vtilitati totius vniuersi, prout est Respublica in communi, Cou. in reg. possessor. l. 2. §. 9. vers. 3. Menoch. conf. 800. & 1000. Surd. conf. 301. Hieron. Gabr. conf. 37. n. 5. lib. 2. Vincent. de Franch. decis. 9. n. 1. Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 18. n. 122. cum segg. Mart. de Iuris d. p. 4. casu 7. n. 6. Carol. de Grassis de effectibus Cleric effectus 2. n. 130. & ex n. 166. & à n. 265.

In glof. [ Constituerunt. ] Notatur ad hoc quod lex civilis iusta obligat in foro Conscientiae, & in hoc communiter recipitur ab omnibus, vt per Cou. de sponsal. par. 2. c. 6. §. 8. num. 1. & c. 7. §. 7. n. 9. & in reg. possessor. p. 3. §. 2. n. 1. & in reg. peccatum, par. 2. §. 3. n. 10. & §. 5. à n. 1. & in cap. cum esset, num. 6. de testam. & lib. 3. var. cap. 14. n. 3. in med. Nau. in man. c. 23. à num. 35. Tiraq. in prafat. retractus lig. n. 74. & in legibus conub. glof. 4. num. 20. Rebuff. de pacificis possessor. n. 10. Auend. de exequendis mand. l. 1. c. 19. n. 12. Perez in praeem Ordin. q. 10. & in l. 1. vers. Secundo quia lex, tit. 2. l. 5. pag. 105. & l. 2. vers. praeterea lex, tit. 15. l. 8. pag. 304. Matienso l. 6. glof. 1. n. 12. tit. 8. lib. 8. noua recap. Azor. l. 2. num. 1. tit. 9. l. 3. recap. Mench. quest. frequent. c. 10. n. 20. Molina de primog. l. 2. c. 1. num. 7. Mexia in tr. tasse panis, concl. 6. num. 2. Menoch. de praf. lib. 1. praf. 80. n. 8. in princ. Gomez l. 1. Tauri, à num. 3. vbi Burg. de Pace à num. 453. Bobadil. in sua politica, lib. 3. cap. 4. n. 79. Morla in emporio Iuris, par. 1. tit. 1. q. 1. n. 10. & q. 7. Medices de legibus & statutis, par. 4. quest. 9. Petr. Magdalen. de numero testium in testamento requisito p. 3. c. 3. n. 44. Guttier. canon. l. 1. c. 7. n. 20. cum segg. Cened. ad Decretal. collect. 2. num. 2. & praf. ac Canon. quest. lib. 1. quest. 17. num. 8. Ex Theologis, D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. & 2. 2. quest. 184. art. 1. §. 6. Sor. de iustitia, lib. 1. q. 6. art. 4. ad 8. Victor. relect. 3. à n. 5. Castro de lege penali, lib. 1. c. 4. & 5. Cardin. Bellarmin. tom. 1. controu. 5. lib. 3. cap. 11. Valent. tom. 2. disp. 7. q. 4. puncto 6. §. 1. Valquez 1. 2. disp. 15. 2. c. 2. & disp. 158. c. 2. Molina de iustitia, tract. 2. disp. 27. Mich. Salon. in 2. 2. D. Thome. tom. 2. quest. 77. art. 1. controu. 7. de lege penali à num. 7. Fr. Emman. Roderic. quest. Regul. tom. 1. quest. 6. art. 13. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 5. col. 375. Sayr. in claus. Regia lib. 4. c. 7. num. 14. Soar. de legibus, lib. 3. c. 21. cum segg. & lib. 4. c. 17. Sanchez in praecpta Decalogi, tom. 1. lib. 1. cap. 1. num. 4. Valer. Reginald. in praxi fori poenae. tom. 1. lib. 15. num. 39. Salas de legibus disp. 10. sect. 5. & disp. 15. sect. 1. n. 13. Lessi. de iustitia lib. 2. c. 33. dub. 8. num. 59. Duard. in Bullam Coena. lib. 3. §. 8. q. 2. n. 32. Ioan. Valer. de differ. inter vtrumque forum, verb. lex, diff. 7. num. 3. Diana resolut. Moral. part. 1. tract. de legibus resol. 17.

Lex tamen poenalis etiam si ipso facto, vel ipso iure poenam constituat, minimè potest non obtemperantibus gignere obligationem, qua debeat reus luere, & solvere poenam in foro Conscientiae ante Iudicis sententiam, vt per Cou. de sponsal. par. 2. c. 6. §. 8. num. 9. & 10. Anton. Gomez d. l. 1. Tauri, n. 4. & var. tom. 3. c. 2. num. 5. & c. 14. n. 3. Menoch. de arbitrar. casu 220. n. 6. & 7. & de interditiis remed. 5. recap. à n. 68. cum segg. Card. Mantica de coniecturis vltim. volunt. l. 10. tit. 4. n. 16. Matienso l. 10. glof. 4. tit. 9. lib. 5. noua recap. Perez l. 6. tit. 6. lib. 2. Ordin. pag. 272. Mexi. in tract. tasse panis, concl. 1. num. 105. cum segg. Spino in speculo testam. glof. 7. princ. num. 50. Guttier. Canon. lib. 1. c. 1. num. 23. & praf. lib. 2. q. 180. n. 2. Sor. de iustitia l. 1. q. 6. art. 6. Cordub. in suis question. l. 1. quest. 6. Mench. illustr. lib. 1. c. 7. à n. 17. & 20. Penia in direct. Inquisit. p. 3. schol. 161. vers. sed cum ex benignitate. Nan. in man.



man. c. 2. §. n. 66. & 67. Ceual. communium contra commun.  
q. 687. & seq. Sayr. d. lib. 3. cap. 8. & cap. 9. mm. s. cum seqq.  
Stephan. Gratian. discept. forens. c. 5. n. 4. Morla d. tit. 1.  
q. 8. & 9. Nicol. Garc. de benef. p. 11. cap. 10. n. 8. Azor.  
d. lib. 5. c. 6. col. 367. & seq. c. 7. quast. 1. Molin. d. tract. 2.  
disp. 95. vers. contrariam. Cened. d. collect. 2. n. 1. & pract.  
quast. lib. 1. q. 29. n. 1. Sanch. de Marrim. lib. 7. disp. 9. §. 1. n. 2.

6 Farin. in praxi crimin. part. 1. q. 10. n. 70. nouissime Diana  
d. tract. de legibus. resol. 2. 3. Quod etiam de pena connec-  
tionali apposita in aliquo contractu est dicendum, il-  
lam animante Iudicis sententiam non esse soluendam  
resoluunt Valq. in p. 2. tom. 2. disp. 173. c. 1. n. 2. & 3. Less.  
de iustis lib. 2. c. 20. dub. 15. n. 136. quicquid dicat Molin.  
tom. 2. tract. 2. disp. 317. n. 3. Valer. Regin. in praxi fori pe-  
nit. lib. 2. c. 1. n. 224. Rebelle. de oblig. iustis. p. 1. lib. 8. q. 9.  
n. 6. An autem qui per legem poenalem priuatur ipso  
facto voce actiua, & passiuateneatur in conscientia  
hanc poenam subire ante Iudicis condemnationem,  
questio est dubia, in qua affirmatiua partem susti-  
nent, Valq. d. disp. 173. cap. 2. n. 12. Salas de legib. disp. 15.  
sect. 2. num. 29. Soar. eod. tract. lib. 5. c. 9. n. 5. Becan. in sum.  
Theolog. 2. tract. 3. c. 7. q. 3. concl. 1. num. 5. Villalob. in sum.  
tom. 1. tract. 1. dub. 25. n. 4. Verum contrarium quoad vo-  
cem actiuam resoluunt Molin. d. tr. 2. disp. 96. n. 8. Souza  
in explicat. Bulle Clement VIII. de largie mu. §. 9. Granada  
in p. 2. controu. 7. tract. 3. p. 1. disp. 13. sect. 2. n. 15. Malder. in  
p. 2. q. 96. art. 4. memb. 4. pag. 401. col. 1.

7 In glos. [Ad inopiam.] Notatur ad hoc, quod pau-  
pertas nocet, quæ culpa alicuius provenit, Tiraq. in l.  
si unquam, verbo, bona, n. 5. C. de renouandis donat. Conar.  
lib. 2. var. c. 16. n. 9. & pract. cap. 6. num. 13. vers. sed si quis,  
Mexi. in tr. tassa panis, concl. 1. n. 10. cum seqq. Matienzo  
l. 15. glos. 3. n. 2. & tit. 10. lib. 5. & l. 6. glos. 3. n. 32. ad med.  
rit. 7. eod. lib. 5. noua recop. Azcu. l. 7. num. 4. tit. 2. lib. 1. noue  
recop. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 96. num. 10. D. Barbosa  
in l. maritum, num. 73. ff. solut. matr. plures per Cened. ad  
Decretal. collect. 2. n. 4.

8 In glos. [Alienandi feudum.] Notatur ad hoc, quod  
feudi alienatio valet sine consensu domini quando,  
vnius Vassallus infendat alium de feudo, quod ipse ha-  
bet, & recognoscitur a domino, vt per Duen. reg. 40.  
vers. primo limita, Clar. in §. feudum, q. 32. Valasc. de iure  
emphyt. q. 13. n. 11. col. 5. Cald. Pereira de renouat. emphyt.  
q. 13. n. 20. plures vt per Cened. d. collect. 2. n. 2.

9 In ead. glos. ibi, [dari potest in dotem.] Notatur ad hoc,  
quod Vassallus filia suæ non potest feudum in dotem  
dare sine consensu domini, vt per Duen. reg. 40. ampl.  
8. & per plures quos citat Camill. Borel. in summa om-  
nium decis. tit. 34. cum seqq.

10 In ead. glos. ibi, [renunciare autem feudo, &c.] Notatur  
ad hoc, quod feudum potest a Vassallo domino renun-  
tari, vt per Capel. Tholof. decis. 404. Tiraq. de retract.  
lig. §. 34. glos. 1. n. 6.

## S V M M A R I V M.

- 1 Dignitas sublata de Ecclesia per statutum Capituli confirmatum per Papam, vltius non censetur vocare, nisi per contrarium actum statutum fuerit renouatum.
- 2 Primicerius est beneficium.
- 3 Instrumentum probat euidenter.
- 4 Statuentes possunt renuntiare & agere contra statutum in eorum fauorem conditum, declarata, vt ibi.
- 5 Priuilegia in eo valent & tenent in quo visitata & obseruata fuerint.
- 6 Virum actus contrauentionis sufficiens, vt priuilegium amittatur, ostenditur.
- 7 Quoties in actu aliquo alia, quam renuntiationis capi potest coniectura, ea potius sumenda est quam renuntiationis.

Tom. I.

8 Intelligitur text. in presenti.

9 Solemnitas requisita in actu consciendo non requiritur in actu resciendo.

## C A P. Cùm accessissent. VIII.

Dignitas Primiceriatus per statutum Capituli con-  
firmatum à Papa sublata de Ecclesia, vltius  
non vacat, nisi per contrarium actum Capituli tale sta-  
tutum fuerit renouatum. Colligunt ex Ordin. Abb. an-  
tiq. Collect. Zabarel. Anchar. Bellam. Io. Andr. Imola,  
Innoc. Anania, Dec. Host. Felin. Panorm. Barbat. Aretin.  
Butr. Alex. de Neuo, Henric. Boich. Martin. Vranins,  
Mantua, Petr. Greg. Compstet. Viuian. in ration. primi  
libri Iuris Pontif. pag. 20. Alagona in compen. Iuris Canon.  
pag. 6. remissimè Catal. in annot. & Ximen. in concordant.  
part. 1. & tom. 2. repetitorium in Iure Canonico ad primum  
Decretalium librum. Ant. Burgos refertur ab Ant. Aug.  
collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 4.

Ne Primiceriatus dignitas, inuncto ibi, Primiceriatus  
cesset officium. ] Primicerij officium quod sit, & alia  
plura circa sui nominis ethymologiam, & locum ei  
tribuendum diximus in p. ad rub. de officio Primicerij, &  
plenius de Iure Eccles. lib. 1. c. 28.

Propter quod euidenter apparet. ] Notatur ad hoc, quod  
instrumentum probat euidenter, vt per Tiraq. de re-  
tract. lig. §. 2. glos. 1. n. 20. cum seq. Menoch. conf. 29. n. 1. &  
conf. 380. n. 4. Malfard. de probat. concl. 906. & concl. 1326.  
n. 7. Surd. conf. 144. n. 15. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 14.  
n. 42. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 64. n. 4. & 5. Matienz.  
l. 9. glos. 4. in tit. 17. lib. 5. noua recop. Cald. Pereira q. forens.  
lib. 1. q. 4. n. 3. Castill. quotid. lib. 2. c. 16. n. 4. Card. Tusch.  
tom. 4. lit. I. conclus. 237. Card. Mantie. de tacitis & ambig.  
conuent. lib. 13. tit. 19. n. 5.

Nisi postea disti Canonici contrauerint. ] Notatur ad  
hoc, quod statuentes possunt renuntiare, & agere con-  
tra statutum in eorum fauorem conditum, etiam con-  
firmatum per Romanum Pont. ad quod dicit optimum  
text. Cou. in cap. quamvis pactum, part. 2. §. 2. ante n. 6. de  
pactis in 6. vbi declarat id non procedere, si confirma-  
tio habeat clausulam decreti decernentis irritum quic-  
quid in contrarium actum sit. Declara etiam in princi-  
palem resolutionem limitari, si statuentes faciant in  
bonum commune, vt faciunt Episcopi constitutiones  
suas emittentes, quæ si Pontificia auctoritate confir-  
mata fuerint, in eis postea dispensare aut eas ex parte  
tollere nequebunt, Bottæ. de synodo Episcoporum, p. 2. art. 4.  
n. 12. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 5. c. 15. q. 7. Sanch. de  
Marrim. lib. 8. disp. 17. n. 30.

Notatur etiam ad hoc, quod priuilegia in eo valent,  
& tenent, in quo obseruata, & visitata fuerunt, vt per  
Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. n. 17. Bobadil. in sua politica,  
lib. 5. c. 10. n. 10. Garc. Gironda de priuilegiis, & exem-  
ptionum explicat. n. 265. Priuilegia namque ob nō vsum  
amitti, tenent Felin. in presenti, n. 25. Capic. decis. 134.  
Dec. conf. 638. n. 24. Socin. conf. 164. n. 21. vol. 2. Decian.  
conf. 25. n. 106. vol. 1. Tap. in l. fin. p. 2. c. 1. n. 5. ff. de constit.  
Princip. nisi ob benemerita sint cancella, Tap. vbi prox.  
n. 8. Hieron. Gabr. conf. 151. num. 11. vol. 2. Surd. conf. 419.  
n. 10. Beret. conf. 13. n. 10. Bald. conf. 22. n. 38.

Vtrum vnicus actus contrauentionis sufficiat, vt pri-  
uilegium amittatur, controuertunt Doctores præcipue  
inter personas priuatas, quæ priuilegio suo libere pos-  
sunt renuntiare, in quibus illam sufficere communiter  
constituit per text. in presenti, & aliis Iuribus, de qui-  
bus Rebuff. de decimis, q. 13. n. 113. Marc. Ant. Genuens.  
in practicabil. 6. Ecclesiast. q. 134. n. 1. Card. Tusch. tom. 6.  
lit. P. concl. 656. n. 10. In aliis vero personis, quæ libere  
priuilegio renuntiare nō possunt, contrariū resoluunt.

B 3



# 18 · Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

& in particulari de Prælati agentes constituunt valere renuntiationem quoad eorundem utilitatem, n. in quoad ipsarum Ecclesiarum præiudicium; verum Soar. 2. de legib. lib. 8. cap. 35. num. 12. cum seqq. ab huiusmodi recedit resolutione, contendens etiam contrarium vsum priuatorum non inducere amissionem privilegij quoad futurum tempus, quamvis inducere fateatur renuntiationem quoad illum actum particularem, vel causam, in qua facit contra privilegium, motus præcipue auctoritate text. in l. voluntarie. C. de excusat. int. dum probat tutelam voluntarie susceptam non derogare privilegij quoad munera suscipienda: sed nihil concludit si adertas text. agere de eo, qui excusationem habet à pluribus muneribus, nam si vnam voluntarie suscipiat, non propterea excusationibus, quas habet respectu aliorum, videtur renuntiare voluisse, brevis autem & præsens dispositio versatur circa vnam muneris excusationem, vñ scilicet, qui illud sponte semel suscipit pro vno actu, aut etiam quoad alios sequentes in futurum sibi præiudicat: mouetur deinde quia quoties in actu aliquo alia, quam renuntiationis capi potest coniectura, ea potius sumenda est, quam renuntiationis, iuxta reg. cap. super eo, de renunt. cum similibus, de quibus. Cuius de iurament. confirm. p. 3. c. 19. n. 21. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præf. a. 1. à princ. Et ex eadem ratione semper renuntiatio præsumitur vt minus præiudicat: plane in nostro proposito recte capi potest ea coniectura, quod privilegio renuntiare voluerit quoad actum præsentem tantum, non simpliciter, & in totum futurum, vt in similibus notat glos. verbo, partibus, in Clem. 2. de iudic. Quare resoluendum est si actus fiat privilegio directe contrarius à persona habente sufficientem potestatem ad renuntiandum, (sive priuatus sit, sive Episcopus, aut monasterium) tacite quoad illum actum ei videri renuntiatum, non tamen in futurum, & simpliciter, quantumcumque persona sit, quæ liberè possit privilegio renuntiare, ita post Bart. in dict. l. voluntarie, Alexand. Gregor. Lop. ac alios contra Felin. adducentem exemplum de Doctore habente privilegium non disputandi, seu legendi, quod si semel disputet, seu legat, illud amittat, melius explicat Soar. d. c. 35. num. 13. exemplum ponens in habente privilegium non soluendi vestigia, si enim paratur se scribi in libro gabellarum, & similibus gravaminum, quod non impediatur in futurum suo vt privilegio: quauis enim hæc patientia satis sit ad constituendam quasi possessionem, & inducendam præsumptionem contra eum ex reg. l. circa ff. de probation. minime tamen huiusmodi possessio, seu præsumptio sufficit ad amittendum privilegium in totum, seu in futurum.

Restat nunc respondere textui in præfenti, dum in eo ex vnicò actu electionis deducit Pontifex Canonicos amississe, seu renuntiare voluisse privilegio, quod habebant, vt non esset in Ecclesia dignitas Primiceriatu. Non satisfacit Abb. & communis hic dum responderet in hoc text. non agi principaliter de utilitate Ecclesiæ, sed Canonicorum, & ideo de eo censendum esse sicut de privilegio priuata personæ. Sed conuincitur partim ex dictis, quia etiam vnicus actus contrauentio- nis in priuata persona non sufficit, vt in totum privilegium amittat; partim quia quod est habere Ecclesiam plures dignitates, vel certum earum numerum, & Canonicorum primò, & principaliter utilitatem, & commune Ecclesiarum bonum videtur respicere, licet secundariò respiciat singulorum utilitatem. Melius igitur respondebis cum Bart. Gregor. Lop. quos refert, & sequitur P. Soar. d. cap. 35. num. 17. privilegium, de quo in hoc text. non habuisse tractum successum, sed vnicò effectu constituisse, & ideo per vnicum actum contrauentio- nis tolli potuisse, quia scilicet renuntiatio quoad vnum actum importat simplicem renuntiatio-

nem quoad totum privilegium, agebatur enim hic de extinguenda quadam dignitate, vt in ea Ecclesia amplius non esset. Quare Canonici contrauenientes iterum illam videntur exigere, & ideo sicut extinctio dignitatis vnicò actu perficitur, ita contrauentio vnicò actu facit, vt ea de nouo erecta, & privilegium renouatum censetur.

In glos. fin. ibi: (Sed ex consequentia.) Notatur ad hoc quod solemnitas requisita in actu conficiendo non requiritur in actu rescindendo, vt per Boer. decis. 211. n. 21. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 14. n. 21.

## S V M M A R I V M.

- 1 Receptis ultra numerum non obstante certo Canonico- rum numero etiam per Papam confirmato, providendum est de superexcrecentibus fructibus, maxime si vo- luntarie per Canonicos fuerint recepti.
- 2 Canonici alij recipi possunt, si superexcrecant Ecclesiæ facultatem, non obstante Constitutione iurata de certo numero Canonico- rum &c.
- 3 Proventuum appellatione comprehenduntur ex illis pro- uenientia.
- 4 Protestatio contraria facta non suffragatur.
- 5 Solita apponi in contrahibus, etsi non apponantur pro expressis habentur.
- 6 Clausula consueta si non fuerit apposta habetur pro ex- pressa.
- 7 Argumentum valet ab ususato, seu à solitis, vel consu- tis fieri.
- 8 Lex potest facere vt non scriptum pro scripto habeatur.
- 9 Distributiones quotidiana propriè non veniunt appella- tione reddituum.
- 10 Canonica aliud est, & aliud Prabenda.
- 11 Canonicatum impetrans virum teneatur in impetratione facere mentionem de Prabenda, ostenditur.
- 12 Electus in Canonicum an debeat habere Prabendam, re- missiue.
- 13 Beneficium datur propter officium.
- 14 Prabenda in quantum est temporalis potest conferri laico.
- 15 Villaloborum familia nunc Marchiones Astorgue ex privilegio Pontificio in Sede Legionensi sunt Canoni- ci, propt. & Rex huius Regi, & Comes Barchinonen. in Ecclesia illius Civitatis, & Rex Francia in Ecclesia S. Hilarij Pictaviensis.
- 16 In Canonicum quis sine prabenda recipi potest ultra nu- merum Canonico- rum, dummodo non sit certus aucto- ritate Papa.
- 17 Receptus in Canonicum ultra numerum an habeat vo- cem in electione Episcoporum, remissiue.
- 18 Vocem & locum haberi in Capitulo competit ratione Canonici, exercitium verò non competit nisi Sub- diacono.
- 19 Simonia crimen non patitur si aliquid iure concessum deducitur in expressum pactum.

## C A P. Cùm M. IX.

CAnonicis receptis supra numerum confirmatum etiam à Papa, est providendum de fructibus ex- crescentibus quomodocumque fuerint augmentati, li- cèt per industriam antecessorū, eo quia in reductione Canonico- rum ad certum numerum semper intelligi- tur claus. Nisi in tantum facultates Ecclesiæ excreue- rint, quod pluribus sufficere competenter possint. Col- ligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innocent. Anania, Deci. Host. Felin. Panorm. Butr. Barbat. Aretin. Anchar. Ripa, Alexand. de Neuo, Henric. Boich, Martin. Vranus, Mantua, Com- postel.



postel. Viuiam. in ration. primi libri Iuris Pontif. pag. 21. Alagona in compend. Iuris Canon. pag. 7. remissuè Xim. in concordant. p. 1. & 2. & tom. 2. repetitorium in Iure Canonico ad 1. Decretal. librum Ioan. Baptista Ferret. Quintil. Mandolin appendice, refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Dece. al. lib. 1. tit. 1. c. 5.

Notatur text. hic ad hoc, quod non obstante constitutione iurata de certo numero Canonicoꝝ per Papam cum decreto irritanti confirmata, si superexcreſcant Ecclesiæ facultates, possunt recipi alij Canonici, vt per Boer. decif. 6. n. 7. Suar. in l. quoniam super declarat. legum Regni, limit. 4. n. 2. Lara in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 8. cum segg. ff. de liberis agnosc. Laeli Zechi. de Republ. Ecclesiast. cap. 24. num. 4. vers. causa verò.

Suos redditus. ] Notatur ad hoc, quod prouentuum appellatione comprehenduntur omnia ex illis prouenientia, vt per Boer. decif. 2. n. 4. n. 6. Nomen enim, prouentus, generale est ad omnem redditum. vnde cumque obuenientem, avaroniam, ff. de extraordin. crimin. Monet. de decimis c. 9. n. 7. 8. etiam ex facto hominis, vt funerals, oblationes, vel quæ ex sigillo, aut similibus obueniunt. Boer. d. decif. 2. n. 5. Gutier. conf. 8. n. 3. quia nomen redditus, & prouentus idem important. Rip. in presenti. n. 14. Molign. tract. de appell. verb. signif. n. 943. quicquid aliud tuerint Rebut. ad frugem, vers. prouentus, ff. de verb. signif. Surd. conf. 162. n. 1. & idem prouentuum Ecclesiasticorum nomine absolute & simpliciter prolato veniunt distributiones quotidianæ, vt aperte decidit Bonif. VIII. in Extrinsec. vnic. de decimis inter communes, nomine prouentuum beneficij quotidianæ distributiones non continentur, quia immediate à beneficio non proueniunt, sed ratione laboris, & operæ in Ecclesiæ seruitio impense, vt per Rip. hic n. 16. Molign. d. n. 943. Monet. de distribut. quotid. part. 1. q. 7. n. 7. primo appellatione tamen fructuum, reddituum, & prouentuum regulariter non veniunt distributiones quotidianæ dum de corpore beneficij non sunt, sed percipiuntur ratione seruitij personalis, cap. licet vobis, cum glos. de prebend. Cæsar. de Craill. decif. 9. eod. tit. de prebend. A. hil. decif. 8. n. 2. de pension. Monet. d. p. 1. q. 6. & idem fiat firmatum in Reatina pensionis 10. Iunii 1588. coram Card. Pamphilio, & in Calaguritana pensionis 26. Decemb. 1589. coram Penia, & in Lucana pensionis 10. Ianuar. 1622. coram R. P. D. meo Pirouano.

Sine prauidio, &c. ] Notatur ad hoc, quod protestatio contraria facto non suffragatur, Mantie. decif. 100. n. 2. Surd. decif. 246. n. 4. Farin. part. 4. consil. 30. num. 111. Campan. in diuersario Iuris Canonici rub. 1. c. 13. num. 185. Marc. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 55. num. 9. latè ego ipse Axiom. 194.

Sicut consuevit. ] Notatur ad hoc, quod in contractibus apponi solita, etiam non apponantur, pro expressis habentur, vt per Bernard. reg. 1. 4. Surd. decif. 223. num. 9. Valasc. consil. 72. n. 12. Et clausura consueta si non fuerit appositæ, habetur pro expressa, & censetur appositæ, etiam si non sit adscripta, plures refero Doctores. Ego ipse in meis Remiss. de dictationibus, & clausulis claus. 111. num. 2.

Notatur etiam ad hoc, quod valet argumentum ab vilitate, seu solitis, vel à consuetis fieri, Menoch. conf. 121. n. 50. & conf. 121. num. 74. & de presump. lib. 3. pres. 7. num. 5. & pres. 1. num. 13. Surd. decif. 231. num. 18. & conf. 173. num. 88. & conf. 432. n. 45. & conf. 140. n. 26. Vgolin. de officio & potest. Episcopii, cap. 36. §. 6. num. 1. Seraphin. de priuilegiis iuram. priuileg. 1. a. n. 35. & priuileg. 33. num. 56. Serach. de mercat. part. 1. num. 29. & tit. de nautis part. 3. num. 28. Cald. Pereira de potestate elig. c. 6. n. 2. Farin. in praxi crimin. part. 3. q. 103. n. 170. Rota Rom. apud eund. decif. 596. num. 1. tom. 3. part. 1. Card. Tusch. tom. 1. lit. A. concl. 57. n. 31. Seraph. Rota Rom. decif. 201. num. 8.

Vel fuerit, vel esse debuerit. ] Notatur ad hoc, quod lex potest facere vt non scriptum pro scripto habeatur, vt per Tiraq. constitut. part. 3. limit. 7. n. 46.

Superexcreſcentes redditus. ] Communes scilicet totius mensæ Capitularis, Moneta de distribut. quot. part. 2. q. 1. num. 7. pro. & fin. nam part. 1. q. 4. num. 1. asserit distributiones quotidianas proprie non venire appellatione reddituum.

In glos. [ Receptum. ] ibi ( & nota quod aliud est Canonia, & aliud prabenda. ) Vide Abb. hic n. 12. Host. a. num. 4. Innoc. II. Felin. a. num. 13. Dec. 99. & Ripa 170. Marc. Anton. Cuch. in instit. Canon. paruis, lib. 2. tit. 6. de prebendis, §. 2. quos refert Nicol. Garcia de benefic. part. 1. cap. 1. num. 8. Rota decif. 321. num. 5. part. 1. recent. apud Farinac. & decif. 366. n. 4. part. 2. recent. optimè Azor. inst. moral. part. 2. lib. 3. c. 1. 1. quæst. 1. & 2. Illustriss. D. meum Roderic. à Cunha in comment. ad cap. sanctorum 2. n. 22. dist. 70. Massobri. in sua praxi habendi concursus prel. 19. secundum Romanam impress. vbi quid sit præbenda, & quotuplex, ostenditur, & dub. 1. quod Canonia, & Præbenda differunt origine & effectu, & dub. 2. quod Canonicus ante adeptam præbendam dicitur Canonicus in herba, seu in aere, & quod tamen recipit distributiones quotidianas, & vocem habet in Capitulo, potestque eligere, & esse delegatus Papæ. Ex quo inferunt Doctores impetrandum sibi Canonicatum teneri in impetratione mentionem facere de præbenda, ita quod si hoc tacitum fuerit, impetratio subrepticia censetur, Rot. decif. 1. incip. Vtrum si Canonicus in tit. de prebendis in antiq. & decif. 33. hoc. tit. in notis Panorm. in cap. cum adeo, infra de rescript. notab. 3. vbi Barbat. col. 1. n. 18. Ioan. de Anania n. 1. Felin. col. 1. quos refert, & sequitur Rendina in promp. recept. sent. tom. 1. tit. 9. n. 8. quicquid contrarium tueantur Anchar. in reg. accessorium, col. 26. n. 14. vers. licet. Dec. in d. c. cum adeo, col. 1. num. 2. Selu. de benef. p. 3. q. 15. vers. vigesima sexta qualitas, secus si fieret intentio de præbenda sine Canonicatu, tunc impetrato vitio subreptionis non laboraret, vt cum Rota resoluit Rendina vbi proxime. An & quando quis electus in Canonicum debeat habere præbendam, vide Innoc. in cap. ult. num. 1. circa finem, de cleric. non resid. Abb. hic num. 31. quos refert Rota decif. 366. num. 4. apud Farin. p. 2. recent.

In ead. glos. ibi: (Ex quo quis facit officium, debet percipere beneficium. ) Vnde dici solet quod beneficium datur propter officium, Moneta de distribution. quotid. p. 2. q. 2. n. 40. Nicol. Garcia de benefic. p. 1. c. 2. n. 60. & p. 7. c. 11. n. 1. Ego ipse Axiom. 36. n. 7.

In ead. glos. ibi: (Vnde & laicus, vt dicit Vincent. potest habere præbendam. ) Notatur ad hoc, quod præbenda, seu Canonia in quâto est temporalis, seu continet temporalitatem, conferri potest laico, vt per Ant. Oliban. in comment. ad vaticum, c. 13. num. 15. Paul. de Roman. de pension. cap. 3. n. 5. Irried. de incompat. benef. p. 1. n. 21. & 18. Garc. Falcon. reg. Petr. Greg. rei benefic. cap. 11. num. 15. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 1. n. 1. Quintan. Eccles. lib. 1. cap. 3. n. 7. Nicol. Garcia de benefic. p. 1. c. 1. n. 8. Soar. de Rel. g. tom. 1. lib. 4. de simon. c. 24. n. 21. Sebast. Cæf. de Eccles. hierarchia p. 3. diff. 12. §. ult. de Canonic. n. 29. vt habet familia Villaloborum, nunc Marchiones Astorguæ, qui in Sede Legionensi Canonici sunt, refert, Athanas. Lobera in tract. de Ecclesia & Ciuitate Legionensi fol. 212. vbi simile priuilegium à Papa concessum dicit Regibus illius Regni, & quod asserunt Palat. in repet. c. per vestra, n. 28. fol. 4. Petr. Henricq. conf. 9. n. 11. Et idem Comiti Barchionen. pro Ecclesia illius Ciuitatis concessum testatur Oliban. d. c. 1. n. 6. Ita etiam Rex Franciæ est Canonicus in Ecclesia S. Hilarij Picaniensis, Abb. in cap. extirpande, §. quia vero, in repet. colum. 12. de prebend.

In glos. [ Ultra numerum. ] Hinc notant Doctores



posse aliquem ultra numerum Canonicorum, dummodo non sit certus auctoritate Papae ille numerus confirmatus, in Canonicum recipi sine praebenda, ut per Panor. hic n. 50. & in cap. relatum, n. 2. & in cap. dilectus 1. & 2. de praebenda. Azor. d. c. 11 q. 3. ubi q. 4. cum Ludou. Roman. conf. 447. resoluit praecipuum ultra numerum spe futurae praebendae habere beneficium, & q. 6. tenet sine praebendis posse plures in Canonicos eligi. An autem distributiones quotidianae debeantur Canonicis supernumerariis non levis est controuersia, pro qua sedanda plures casus distinguit Menoch. conf. 1179. n. 7. & regulam cum limitationibus ponit Monet. de distrib. quotid. p. 2 q. 1. n. 4. conel. 3. Breuiter tamen (circumscripta consuetudine cuiusque Ecclesiae, quae primas in hac re sibi vendicat partes. Franc. Marc. qui alios cumulat decis. 1045. n. 4. p. 1. Felin. in praef. num. 21 in fine, Monet. d. q. 1. n. 10.) distinguendum est, aut receptio soluit numerum, & hoc casu debentur; aut non soluit, & non debentur; nam sicut primo casu receptus ex ea receptione consequitur omnem commoditatem in Collegio, & ita commoditatem lucranda distributiones ex rationibus bene ponderatis per Castrenf. conf. 170. n. 1. lib. 1. ita in secundo casu nullam commoditatem consequitur, habetque tantum ius quoddam ventosum, & hoc est totum illud, quod docuit Abb. in cap. dilectus, num. 10. de praebenda. ubi clarius Anch. num. 6. & 8. Intelligitur autem solui, vel non solui numerus, cum id verbis, vel facto declaratur, si enim verba deficiant, non est existimandum, receptionem factam esse animo soluendi numerum, & sic ceteris iam receptis praeducandi, Castrenf. d. conf. 170. sub n. 2. in ult. col. vers. praeterea non videtur. Ad coniecturam ergo facti recurrendum est, quae in assignatione loci in Choro, & installatione in Capitulo consistit, tunc enim demum habetur pro Canonico, etiam quoad distributiones quotidianas, nec aliter reputatur possessor, ita eleganter consulit Cast. conf. 365. n. 3. lib. 1. nisi forte in eo etiam actu declarasset Capitulum se non intendere frangere numerum, sed eum tanquam simplicem supernumerarium habere, quia tunc censetur illi dumtaxat constituere quoddam ius extraordinarium, Abb. in praef. sub n. 31. vers. aut Canonici, quem sequitur Felin. hic n. 23. vers. hanc conclusionem limita; & idem dicendum est, in recepto de mandato Papae, nisi visum fuisset recipi cum plenitudine Iuris Canonici, ut Abb. & Felin. docuerunt locis proxime citatis, & Butr. hic sub num. 66. vers. ego autem, Franc. Marc. decis. 1045. n. 8. & idem inoleuit stylus semper hanc clausulam apponendi, prout aduertit Staphil. de expectat. sub num. 38. vers. & quod dictum est de distributionibus.

7 In ead. gloss. ibi, (hic potest quari, utrum isti, qui quotidie recipiunt ultra numerum habeant vocem in electione Episcoporum, vel aliquorum Praelatorum?) Vide Felin. hic n. 23. Firmian. de elect. p. 2. a. n. 21. Biax. in direct. elect. p. 1. c. 17. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 263. Apt. Raguci. de voce Canonicorum in Capitulo, q. 1. n. 2. Azor. d. c. 11. q. 5. Monet. de distributionibus. quotid. p. 2. q. 1. num. 5. remissiuè Ego ipse in tract. de officio & potestate Episcopi, p. 1. tit. 1. cap. 3. num. 23.

18 In ead. gloss. ibi, (nec quicumque habet Canoniam habet vocem in Capitulo.) Imò habere vocem & locum in Capitulo competit ratione Canoniae, exercitium vetò non competit nisi Subdiacono, ita Moneta de distrib. quotid. p. 2. q. 1. n. 1.

29 In gloss. [Nihil perciperent.] Notatur ad hoc, quòd simoniae crimen non patrat si aliquid Iure concessum deducitur in expressum pactum, ut per Crau. de antiq. temporum, q. 4. §. circa praemissa, n. 30. quem refert, & sequitur Campan. in diuersorio Iuris Canonici rub. 11. §. 27. n. 4.

- 1 Doctores referuntur super hunc text. scribentes.
- 2 Leges, & statuta Laicorum Ecclesias, & earum bona nullatenus ligant.
- 3 Statuta generalia Laicorum, quae simpliciter disponunt, nec Iuri Canonico contradicunt, si honesta sint, Ecclesiasticas personas saltem vi directiua ligant.
- 4 Clerici vitrum pretio à statutis Laicorum taxato res à se venales expostas, vendere teneantur, ostenditur.
- 5 Leges Civiles Imperiales tacite, vel expresse Clericorum mentionem facientes, eos ligare minime valent.
- 6 Statuta Laicorum poenarum condemnationem, & exactionem imponentia aduersus eos, quorum pecora damnum dederunt, aut in fructibus, vel in pastibus vitibus fuerunt inuenta, non ligant Clericos, nec Ecclesiasticas personas.
- 7 Proponitur quaestio, an possint adiri regij Auditores, & Consiliarij ab iis, qui à Iudicibus Ecclesiasticis vi, & censuris opprimi conueruntur, ut eos compellant ab ea vi inferenda cessare.
- 8 Pro parte affirmatiua fundamenta adducuntur, & num. seqq.
- 10 Consuetudo tanti temporis, cuius non est memoria, vim privilegij, constitutionis, seu dispensationis, habet.
- 11 Papa potest privilegio, seu concessione certas Clericorum causas committere Iudicibus Secularibus, & fori privilegio derogare, & n. 12.
- 13 Pro parte negatiua, quae verior est, adducuntur fundamenta.
- 14 Principes saeculares de causis Clericorum cognoscere quam perniciosum sit, ostenditur ex Sanctis Patribus.
- 15 Intelligitur text. in cap. filijs, vel nepotibus 16. q. 7.
- 16 Declaratur text. in cap. Regum 2. q. 3.
- 17 Consuetudo immemoralis licet habeat vim privilegij, non tamen est verum privilegium.
- 18 Praescriptio immemoralis non aequiualeat privilegio ubi adest incapacitas praescribentis.
- 19 Clerici, (ut verior tenet opinio) sunt de Iure Diuino exempti à Civilibus Principum legibus.
- 20 Consuetudo, quae est contra ius Diuinum, non valet.
- 21 Papa non potest in totum, & generaliter fori privilegio Clericorum derogare, potest tamen illud interpretari, mutare, & c.
- 22 Consensus Principis probatur taciturnitate longi temporis.
- 23 Papa nunquam asserta consuetudini cognoscendi Laicos de aliquibus causis Clericorum consensum praestitit, imò quotidie eius officiales poenis, & censuris afficiunt Laicos, qui talia facere audent.
- 24 Summi Pontificis scientia non excusat, si non tollat in totum huiusmodi statuta, quia ea inuoluntariè tolerat ad euitandum scandalum, & maius malum.
- 25 Ecclesia aliquando crimen tolerat propter scandalum, vel multitudinem peccantium.
- 26 Consuetudo in vim privilegij allegata in his casibus non sufficit, nisi probetur privilegium per scripturam.
- 27 Verba (sub praetextu) significant etiam veram causam.
- 28 Proponitur casus & facti contingentia, ex qua colligi potest damnum quod Ecclesiastica Iurisdictioni enit ex recursibus ad Seculares Iudices.
- 29 Lex siue constitutio Civilis alienari prohibens bona immobilia Ecclesiae, siue personis Ecclesiasticis, omnino licita est.
- 30 Statutum in quarendis in praedictum Ecclesia valet si Laici non odio, sed bono zelo faciant.
- 31 Ordinationes Regiae Lusitanorum confirmatae, fuerunt in concordatis in Curia Romana inter Clericum, & Regem Dionysium.



- 32 Statutum Laicorum super feudis in præiudicium Ecclesie non valet.
- 33 Statuta Laicorum feudalitatis, etiam generalia, non prosunt Clericis, & Ecclesiis.
- 34 Bona patrimonialia Clericorum gaudent privilegio bonorum Ecclesie.
- 35 Sententia lata sine probationibus, vel sine causa cognitione, est ipso iure nulla.
- 36 Sententia lata tam leni tempore, quod acta verisimiliter videri non potuerint, est ipso iure nulla.

## CAP. Ecclesia S. Mariæ. X.

1 Statutum Laicorum generale tam circa temporalia quam circa spiritualia in præiudicium Ecclesie, vel personæ, vel rei Ecclesiasticæ, non tenet, speciale verò nec in eorum commodum valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Inola. Innoc. Anchar. Anania. Dec. Host. Felin. Panorm. Butr. Alex. de Neuo. Henric. Boich. Martin. Vranus. Mantua. Compstet. Viuian. in rationali; primi libri Iuris Pontij, pag. 22. Alagona in compendio Iuris Canonici, pag. 7. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concordat. p. 1. & 2. & tom. 2. repetitorium in Iure Canonico ad 1. Decretal. librum, Ant. Burgos refertur ab Ant. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. sub tit. de foro comp. cap. 5.

2 Collige ex text. quod leges & statuta Laicorum Ecclesias, & earum bona nullatenus ligant, ut per Grammat. decis. 100. n. 7. Rebuff. ad leges Gallie in proem. glos. 1. n. 55. & a. n. 65. & a. n. 71. Armendar. in proem. addit. ad recopilationem legum Navarra, num. 93. Perez in rub. tit. 2. glos. 1. vers. quæri potest, lib. 8. Ordin. Morla in emporio Iuris, p. 1. tit. 1. q. 16. Cald. Pereira de nominat. emphyt. q. 12. n. 22. & tract. de emphyt. & vendic. c. 1. n. 10. nouissime Ioan. Honor. in summ. in Decretales sub hoc tit. n. 11. pag. 7. Statuta tamen generalia Laicorum, quæ simpliciter disponunt, nec Iuri Canonico contradicunt, si honesta sint, etiam Clericos, & personas Ecclesiasticas saltem vi directina ligant, Tiraq. de retractu lign. §. 1. glos. 3. n. 4. Cotta in memorabil. verbo, Clerici ligantur. Ioan. Garcia reg. 2. 92. Matienzo l. 7. glos. 1. n. 17. tit. 1. & l. 1. glos. 1. n. 2. tit. 2. 5. lib. 5. noua recopil. Mexi. in tract. tasse panis, concl. 5. a. num. 3. Card. Bellarm. in resp. ad epistol. incerti auctoris pro defensione Veneror. contra censuras. Paul. V. pag. 6. Filliuc. tom. 2. tract. 3. 5. cap. 4. n. 94. Viganus tract. de immuni. Eccles. disp. 2. concl. 2. Portel. in dub. Regular. verbo lex, n. 2. Barthol. à S. Fausto in speculo Confess. disp. 6. q. 44. num. 3. me citato in hoc loco Diana resol. moral. p. 1. tract. 2. resol. 7. Hiero. Portoles in tract. de consoribus, & fidei com. legalibus, cap. 3. n. 3. vbi num. 4. etiam resoluit illos archatere statuta, regimen & politiam Cinitatis respicientia, quod exemplificari potest, quando iusta rerum venalium pretia taxantur per statuta Laicorum, tunc enim si Clerici, vel Ecclesie frumentum, vinum, vel oleum suum vendiderint, obligantur huiusmodi Laicorum statutis pretia taxantibus, Sot. lib. 1. de inst. q. 6. art. 7. Nau. in man. c. 23. n. 88. Bann. 2. 2. quest. 67. art. 1. dub. 2.

4 Eodem modo consuetudinem communem Clericorum & Laicorum, Clericos ligare resoluit Tiraquell. d. glos. 13. a. num. 2. & in tract. de morti. part. 3. declarat. 8. n. 4. Menoch. de interditiis, remed. 14. recip. num. 54. cum seqq. Cald. Pereira de nominat. emphyt. quest. 7. num. 12. Verum credo cautius dicendum obligationem, qua tenentur Clerici, & Ecclesie, iusto pretio res à se venales expositas vendere, non oriri ex vi statuti Laicorum ea taxantis, sed ex ipso Iure naturali, & diuino, quo obligamur res nostras iusto pretio vendere, ita ut si Principis lege pena sit constituta in eos, qui plus vendiderint, eius poenæ Laicus sit reus, & non Clericus, ita Azor. insti.

moral. part. 1. lib. 5. cap. 12. q. 4. Nam statuta Laicorum, & Civilisque leges Imperiales tacite, vel expresse Clericorum mentionem facientes, eos ligare minime valent, quia Imperator, vel Rex in Clericos, & Ecclesias iurisdictionem non habent, nec Imperiales leges intitalis, C. de Summa Trinit. & de sacros. Eccl. & de Episcop. & Cleric. ac similibus, specialiter de Clericis, vel Ecclesiarum rebus, & bonis aliquid constituentes, nullam vim, & locum habent nisi quatenus Iure Pontificio approbantur, vel recipiuntur, ita omnes in presenti, Azor. insti. moral. p. 1. lib. 2. c. 6. quest. 4. & melius p. 1. lib. 10. cap. 7. quest. 9. Cald. Pereira de nominat. emphyt. quest. 16. num. 28. Honded. conf. 20. num. 18. vol. 2. optime Sánchez in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. l. cap. 9. a. num. 4. Surd. conf. 301. num. 9. Steph. Gratian. discept. forens. c. 164. num. 22. & 23. Soar. de legibus, lib. 3. cap. 14. Card. Caesar. Baron. tom. 7. annalium. Ecclesia anno Christi 565. pag. 486.

Ex quibus inferitur, statuta Laicorum poenarum condemnationem, & exactionem imponentia aduersus eos, quorum pecora damnum dederunt, aut in fructibus, vel in pastibus vetitis fuerunt inuenta, non ligare Clericos, & Ecclesiasticas personas, quia indistincte secularibus prohibetur Clericos distringere, aut condemnare, c. 2. de foro comp. tum quia causa quamvis sua natura merè temporalis sit, ratione personæ Clerici contra quem mouetur manet Ecclesiastica. Quicquid contrarium resoluunt Greg. l. 24. verbor. el ganado, tit. 15. part. 6. Castil. l. 70. Tauri, n. 18. Auendan. de exequendis mand. part. 1. c. 4. n. 30. & c. 13. n. 7. & part. 2. c. 14. num. 13. Guttier. pract. lib. 1. q. 4. Alder. Malcard. de gener. stat. interpret. concl. 1. num. 15. & seq. Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de fauore reali, §. 6. num. 5. Ceual. commun. contra commun. q. 897. a. n. 610. & in tract. de cognit. per viam violentie, part. 2. q. 23. n. 18. cum seqq. idque suadere conantur ex eo, quia quando onus impositum est rei, potest secularis iubere, ut executio fiat in re, quæ in suo territorio, & iurisdictione est non habito respectu an persona, cuius res est, pertineat ad suum forum, vel iurisdictionem, arg. l. viros 12. in princ. C. de Palat. sacrarium larg. lib. 12. c. si tributum 11. q. 1. Bart. in l. Imperator, ff. de publican. Bald. in l. de iis, vers. ego credo, C. de sacros. Eccl. & in auth. sed & periculum C. sine censu. Guttier. d. q. 4. num. 2. decis. Pedem. 68. n. 34. Azeved. ad l. 12. n. 2. tit. 3. lib. 1. noua recopil. confirmatur hæc ratio, quia hoc pacto persona Clerici non condemnatur à Iudice seculari, nec eius statuto ligatur, quia in persona Clerici nulla dirigitur executio, sed onus reale rei impositum à Clerico exigitur, sicut aliquid quodcumque tributum reale. Sed ratio hæc non euincit, cum omnino oporteat sententiam ferri, & condemnationem poenarum fieri in personam, quia animalia minime sunt capacia, quod conueniantur, vel condemnentur, argum. c. 2. ibi, rem que culpa caret in damnum vocari non conuenit, hoc tit. cap. mulier, vers. queritur 15. quest. 5. ibi, nec ullo modo capax legis sit bonus text. in l. 1. post princ. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur: ergo fundamentum prædictum contraria opinio nis secundum Iuris rigorem stare non potest, ut bene aduertit Auiles ad c. 17. Prætorum. glos. 1. n. 12. & se pluries consuluisse testatur Salzed. ad Bernard. reg. 55. vers. septimo, refert me citato in hoc loco Diana resol. Moral. p. 1. tract. 2. resol. 80.

In aliquibus Prouinciis (proh dolor) illud obseruatissimum est posse adiri Regios Auditores, & Consiliarios ab his, qui à Iudicibus Ecclesiasticis vi, & censuris opprimi conqueruntur, ut vim comprimant, eosque compellant ab ea inferenda cessare, horum recursum Iustitiam tueri nituntur citati per me in collect. ad d. c. Regum officium augens, n. 2. & infiniti propemodum, quos refert, Ludonic. à Sarauia de Iurisdic. Adm. torum, q. 30. ex n. 1. Torreblanc. de Magia, lib. 3. c. 23. per totum plures



- plures citat Salgad. de protecl. Regia, p. 1. c. 1. per totum, & precipue n. 16. Ceual. in tract. super hac materia edito, & precipue glos. 6. n. 57. Gabr. Pereira de Muni Regia p. 1. c. 4. & q. 7. Calixtus in tract. de Leg. Regia, §. 10. n. 83.
- 8 Cened. Canonica. q. 45. per tot. Cui obseruationi proposita dicitur suffragari text. in filiis, vel nepotibus 16. q. 7. qui habet, Archiepiscopus, vel Episcopus negligentibus obviare Rectoribus, qui Ecclesiarum Iurispatronatus bonis abutuntur, Regem adiri posse, ubi glos. verbo Regis, addit hæc verba, vt corrigat eum, qui per Ecclesiasticum Iudicem cogi non potest: ad idem inducitur text. in c. Regum 25. q. 3. Regum, inquit, officium est proprium facere iudicium, atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & in c. principis 23. q. 1. quo in loco testimonium Isidori à Gratiano adducitur in hoc, vt sciamus Principes sæculi intra Ecclesiam etiam potestatem habere vt superborum ceruices comprimant, & quod fieri non potest per Iudices Ecclesiasticos, ab ipsis iuxta disciplinam Reipublicæ vtilem, executioni mandetur, cuius auctoritate scribit Guillelm. in c. Raynuitius, de testam. verbo nomine Adelaisam, num. 454. quod vbiunque Ecclesiastica potestas deficit, aut quia non potest, aut quia Prælatorum dissimulatione non vult, sæcularis potestas se intromittit, ne delictorum atrocitate pax publica perturbetur.
- 10 Denique communiter habetur probari hanc iniustam praxim in prædictis Prouinciis ex obseruantia diu obtenta à tempore, quod memoria hominum excedit, quo supposito sic arguitur. Consuetudo tanti temporis, cuius non est memoria, vim priuilegij, constitutionis, concessionis, seu dispensationis, ac instrumenti publici obtinet, l. 1. §. denique, l. 2. §. apud, vers. plane si fossa, ff. de aqua pluuiæ arcenda, hoc iure, §. ductus aqua, ff. de aqua quodid. c. super quibusdam, §. præerea, ubi glos. verbo non extat memoria, de verborum signif. Dec. c. 85. n. 2. & c. 117. in fine, Ruin. conf. 2. §. n. 11. vol. 1. Graet. conf. 25. vol. 1. Menoch. conf. 42. num. 7. Afflict. decis. 254. n. 4. Sed sic est quod priuilegio, seu concessionem potest Papa certas Clericorum causas committere iudicibus sæcularibus, & fori priuilegio derogare, c. Mennam 2. q. 4. c. nos. c. 2. q. 7. c. illud 10. q. 3. c. verum 22. dist. Abb. in c. litteras, num. 13. & 14. de restit. spol. Felin. in cap. Ecclesia S. Maria, num. 6. vers. & pro limitatione, hoc tit. & c. 2. num. 2. & 3. de maiorit. & obed. Socin. reg. 56. fallent. 1. Cou. practic. c. 31. num. 4. & 6. Clar. §. fin. q. 41. n. 7. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. vers. Archidiaconi. Ergo sæculares Iudices consuetudine immemorabili in vim priuilegij allegata potuerunt de huiusmodi Clericorum causis cognoscere, & vi oppressos liberare, quod probare nituntur Cou. practic. cap. 35. n. 5. Ioan. Garc. de nobilit. glos. 8. n. 48. Salgado de protecl. Regia tom. 1. c. 1. preclud. 3. num. 138. cum seq. vnde nonnulli moderatius loquentes existimant valere consuetudinem, per quam in certo casu clericus subiicitur foro Iudicis laici, Con. d. c. 31. sub n. 5. Clar. q. 46. n. 2. Aufter. de potest. Iudic. laici reg. 1. fallent. 12. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 139. cum seq. Farin. in praxi crimin. q. 8. sub n. 3. in fine, Carol. de Grassis de effectibus cleric. effectum 1. n. 388. Ioan. Franc. à Ponte decis. 9. n. 4. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 340. n. 39. Cened. pract. & Canon. q. lib. 1. q. 4. n. 1.
- 12 Ea manifesta ratione hanc praxim, & antequam obseruantiam comprobari dicitur propter maximam eius vtilitatem, quæ Reipublicæ accedit, cum alioqui nisi remedium hoc, & auxilium aduersus Iudices Ecclesiasticos adhiberetur, gravissimè ab illis opprimerentur innocentes, eo quod procul à Romana Curia ipsi Iudices Ecclesiastici iurisdictione, & potestate Ecclesiastica abuterentur.
- 13 Verum iis non obstantibus prædicta praxis, & antiqua obseruantia vbi viget, omni ratione destituitur, factisque Canonibus aduersatur in c. qualiter & quando, & in c. clerici, de iudiciis: nam si praxim huiusmodi inspicimus, constat laicos in hoc negotio esse meros Iudices, Ecclesiasticos verò merè exequutores, & ministros, cum compellantur sub pœnis à laicis vt excommunicatum absoluant, eisque remittant causæ cognitionem, quod quidem improbat à Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 1. quod cum statuat formam ab Ecclesiasticis Iudicibus in excommunicationibus proferendis seruandam, his verbis inquit, Nefas sit sæculari cuiuslibet Magistratui prohibere Ecclesiastico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare vt latam excommunicationem reuocet sub prætextu, quod contenta in præfenti decreto non sunt obseruata, cum non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hac cognitio pertineat. Deinde hic vsus compellendi Ecclesiasticos cessare à vi inferenda quando tractatur de exequendo aliquo mandato Apost. & clarè impedire executionem litterarum Apost. quarum impediens incurrunt excommunicationes prolatas à Summis Pont. Clem. VII. Leone X. & Paulo V. in suis Constit. contra impediens Bullarum Apost. exequutionem, etiam sub prætextu violentiæ prohibendæ, vt habetur in Bulla Cœnæ Domini casu 14. ibi, vel executionem litterarum Apost. seu executoriarum, & etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel quoad nos informandos, vt ipsi aiunt, supplicauerint, aut supplicari fecerint. Quam perniciosum enim sit de causis Ecclesiasticis sæculares Principes cognoscere, ostendunt S. Athan. Patriarcha Alexand. in epist. ad solitariam vitam agentes, D. Ambros. epist. 3. ad Sororem, & in oratione detrahendis Basilicis, & D. Greg. lib. 5. epist. 21. Hinc S. Martinus Turonensis Episcopus, Maximo Imper. in faciem dixit, nonum esse, & inauditum nefas, vt causam Ecclesiæ Index sæculi iudicaret. Fulgent. lib. 2. sacra Historia, & B. Gelasius Papa in epist. ad Anastas. Imper. Nosti, inquit, Etsi clementissime, quod licet præfideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen Præfibus diuinarum deuotus colla submittis. Propterea Theodos. Imper. in epist. ad Synodum Ephefinam, Illicitum, inquit, est illis, qui non sit ex ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis immisceri tractatibus. Ex quibus & aliis liuidissimis fundamentis plures non contemnendæ auctoritatis viri recursus in rebus Ecclesiasticis ad Regia tribunaia enixè detestantur, ex quorum numero sunt Quintil. Mandos. commiss. 14. §. reuocandi, q. 4. Azor. insti. moral. p. 1. lib. 5. cap. 14. q. 2. Marc. Ant. Gemenl. in praxi Archiep. Neapolit. cap. 2. ex n. 15. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 238. ex n. 34. Mar. Alter. de censur. lib. 5. disp. 20. c. 2. Layman. in sum. Theolog. lib. 4. tract. 9. cap. 4. n. 4. Duard. in Bull. Cœnæ, lib. 2. can. 14. q. 9. Bonacin. de legibus, disp. 10. q. 2. puncto 1. §. 1. num. 10. Diana resol. Moral. p. 1. tract. 1. resol. 13. Socin. in libro pro defensione Fidei contra Anglicana sectæ errores, lib. 4. c. 34. & Max. n. 30. Et Rota Romana Iuris Canonici obseruantissima cultrix huiusmodi recursus teterimè detestatur, & signanter in vna Ofsen. Pœnitentiariæ 10. Aprilis 1595. coram Card. Blanchetto, impressa per Farin. p. 1. cens. 68. num. 10. & in alia Ofsen. Canonicatus 1. Decembris 1595. coram boha mem. Penia, impressa per eundem Farin. tom. 2. crimin. decis. 103. & per Sessè de inhibitis. c. 8. §. 3. n. 109. & in aliis impressis per ipsum, Farin. d. tom. 2. decis. 12. & 181.
- Qua sententia retenta non obstant in contrarium adducta. Nam ad primum ex d. cap. filiis, respondetur illum tantum probare quod si Metropolitanus rebus Ecclesiasticis abutatur, mandat hoc Regis auribus intimari; non verò per Regem esse corrigendam, contra d. c. qualiter, & cap. clerici, vt notant Archid. & Egid. ibi Butt. in d. c. qualiter, & quando ad finem, & ibi Panorm. num. 7. ad finem, & Imola, num. 4. dicentes intimationis, quam tex. requirit, effectum illum esse, vt Rex admoneat Metropolitanum, vel insitet coram superiori



periori, ut illum reprehendat, vel faciat instantiam alteri superiori pro illius correctione.

16 Ad secundum ex d. cap. Regnum, facilis est responsio, scilicet procedere circa subditos, & eos, qui eius curæ sunt commissi; nam cum ad rationem iudicii iurisdictionis sit necessaria inter eos, Regis est Officium facere, quæ ad illius iurisdictionem spectant. Eodem ferè modo loquitur d. cap. Principes, ubi tantum dicitur quod Principes sæculi à Christo tuendam Ecclesiam accipiant, cum illa suam disciplinam exercere non præualeat, tenentur sua potestate munire, & ita Ecclesiæ patrocinari, ut Bald. annotavit in c. olim 14. de rescriptis. Panorm. in c. tua, n. 10. de decimis, Aufser. in de potestate seculari super personis Ecclesie reg. n. 6. fallent. 3.

17 Ad tertium respondetur, quod licet immemorabilis consuetudo habeat vim privilegii, non est verum privilegium, Sot. conf. 160. n. 21. cum multa possint acquiri per viam privilegii, quæ non possunt per viam immemorabilis, Socin. d. n. 22. Rota divers. par. 1. de iur. 744. num. 6. Vel melius respondebis maiorem procedere data capacitate possidentis cum etiam immemorabilis præscriptio non æqualeat privilegio, ubi adest incapacitas præscribentis, Abb. in cap. novit. num. 22. de iudiciis, Felin. in cap. audientes, num. 6. de præscript. Cou. lib. 1. var. cap. 17. num. 6. Menoch. lib. 2. illustrum. cap. 89. Quod autem demur incapacitas ex parte laicorum ad inducendam consuetudinem, qua in clericis potestatem habeant, ex eo probatur, quia laicus est incapax iuris, & potestatis spiritualis, nec potest illam civiliter possidere, ac per consequens nec vilo tempore præscribere, cap. causam, ubi omnes de præscript. Io. Andr. & omnes in cap. 2. de præbendis in 6. Panorm. in cap. quanto, n. 2. de consuetud. Dec. in cap. decernimus, n. 38. de iudiciis: tum quia, ut verior tenet opinio, clerici & omnes Ecclesiastici iure diuino, & naturali exempti sunt à civilibus Principum legibus, ut sentiunt Innocent. & Hostien. in cap. 2. de maior. & obed. glof. verbo, a iudiciis, in cap. si Imperator 96. dist. 8. in verbo diuino, in cap. quancquam, de consuetud. in 6. ubi Domin. Anchar. Archidia. & Franch. ac in cap. Ecclesia S. Mariae de consuetud. Abb. Felin. Dec. Butr. post Oldrad. Roland. Burlat. Aufser. Aluar. Pelag. Alderan. Mascard. Thom. Baxium, Cou. Rebuff. & alios quamplures hanc opinionem sequitur Bellet. disquisit. clericalium part. 1. tit. de favore clericorum personali. §. 1. n. 18. Rota in antiquis decis. 10. de consuet. Syluest. verbo immunitas, 1. quest. 3. vers. secundum ad munera, Almain. tract. de suprema potestate Ecclesie, cap. 8. prop. 3. ad fin. Angel. in sum. verbo, immunitas, num. 34. vers. 11. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 4. cap. 9. num. 1. Pelant. de immunitate Ecclesie, dist. 1. Card. Bellarm. lib. 2. de membris Ecclesie militantis, lib. 1. de clericis, c. 28. prop. 5. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 12. quest. 11. Ottero Roman. lucubrat. quest. 30. Gutier. in l. nemo potest ff. de legatis 1. num. 107. Viui. tom. 1. opin. 37. in princ. Sord. cons. 361. num. 16. & num. 71. vers. quamvis contradicant, Molina de iustit. tract. 2. disp. 31. concl. 1. & 3. Mench. illust. c. 22. n. 8. Cened. ad Decretum collect. 37. num. 1. Io. Garc. de nobilit. glof. 9. num. 1. Ceual. communium contra commun. quest. 150. vers. sed contrariam, Farin. in praxi crimin. quest. 8. num. 2. Vant. de nullit. tit. ex defectu citat. num. 101. Ambros. de immunit. c. 10. num. 4. Burg. in tract. de laudem in 4. p. inspe. 1. num. 4. & in tract. de modo procedendi ex abrupto sent. 1. quest. 65. n. 55. Carol. de Grassis de effectibus clerical. effect. 1. num. 2. Cened. d. quest. 4. in princip. Mart. de iurisd. part. 2. cap. 6. Comitoli in tract. apologet. contra Venetos cap. 5. Ceuant. in respons. immunit. Ecclesie contra Venetos prop. 5. fol. 17. & seq. Philip. Maynard. de priuil. Ecclesie contra Venetos para. 1. art. 12. Franc. Fagnan. in tract. de iustit. censur. Pauli V. part. 1. fol. 8. & p. 4. fol. 91. Soar. contra Regem Anglie lib. 4. cap. 9. Vgolin. in respons. ad iurisd. cons. gymnastii Patavini cap. 2. Filluc. tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 316. & tom. 2. tract. 23.

18 Felin. in cap. audientes, num. 6. de præscript. Cou. lib. 1. var. cap. 17. num. 6. Menoch. lib. 2. illustrum. cap. 89. Quod autem demur incapacitas ex parte laicorum ad inducendam consuetudinem, qua in clericis potestatem habeant, ex eo probatur, quia laicus est incapax iuris, & potestatis spiritualis, nec potest illam civiliter possidere, ac per consequens nec vilo tempore præscribere, cap. causam, ubi omnes de præscript. Io. Andr. & omnes in cap. 2. de præbendis in 6. Panorm. in cap. quanto, n. 2. de consuetud. Dec. in cap. decernimus, n. 38. de iudiciis: tum quia, ut verior tenet opinio, clerici & omnes Ecclesiastici iure diuino, & naturali exempti sunt à civilibus Principum legibus, ut sentiunt Innocent. & Hostien. in cap. 2. de maior. & obed. glof. verbo, a iudiciis, in cap. si Imperator 96. dist. 8. in verbo diuino, in cap. quancquam, de consuetud. in 6. ubi Domin. Anchar. Archidia. & Franch. ac in cap. Ecclesia S. Mariae de consuetud. Abb. Felin. Dec. Butr. post Oldrad. Roland. Burlat. Aufser. Aluar. Pelag. Alderan. Mascard. Thom. Baxium, Cou. Rebuff. & alios quamplures hanc opinionem sequitur Bellet. disquisit. clericalium part. 1. tit. de favore clericorum personali. §. 1. n. 18. Rota in antiquis decis. 10. de consuet. Syluest. verbo immunitas, 1. quest. 3. vers. secundum ad munera, Almain. tract. de suprema potestate Ecclesie, cap. 8. prop. 3. ad fin. Angel. in sum. verbo, immunitas, num. 34. vers. 11. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 4. cap. 9. num. 1. Pelant. de immunitate Ecclesie, dist. 1. Card. Bellarm. lib. 2. de membris Ecclesie militantis, lib. 1. de clericis, c. 28. prop. 5. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 12. quest. 11. Ottero Roman. lucubrat. quest. 30. Gutier. in l. nemo potest ff. de legatis 1. num. 107. Viui. tom. 1. opin. 37. in princ. Sord. cons. 361. num. 16. & num. 71. vers. quamvis contradicant, Molina de iustit. tract. 2. disp. 31. concl. 1. & 3. Mench. illust. c. 22. n. 8. Cened. ad Decretum collect. 37. num. 1. Io. Garc. de nobilit. glof. 9. num. 1. Ceual. communium contra commun. quest. 150. vers. sed contrariam, Farin. in praxi crimin. quest. 8. num. 2. Vant. de nullit. tit. ex defectu citat. num. 101. Ambros. de immunit. c. 10. num. 4. Burg. in tract. de laudem in 4. p. inspe. 1. num. 4. & in tract. de modo procedendi ex abrupto sent. 1. quest. 65. n. 55. Carol. de Grassis de effectibus clerical. effect. 1. num. 2. Cened. d. quest. 4. in princip. Mart. de iurisd. part. 2. cap. 6. Comitoli in tract. apologet. contra Venetos cap. 5. Ceuant. in respons. immunit. Ecclesie contra Venetos prop. 5. fol. 17. & seq. Philip. Maynard. de priuil. Ecclesie contra Venetos para. 1. art. 12. Franc. Fagnan. in tract. de iustit. censur. Pauli V. part. 1. fol. 8. & p. 4. fol. 91. Soar. contra Regem Anglie lib. 4. cap. 9. Vgolin. in respons. ad iurisd. cons. gymnastii Patavini cap. 2. Filluc. tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 316. & tom. 2. tract. 23.

cap. ult. n. 427. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. c. 8. num. 1. Duard. in Bull. Cæne, lib. 2. vers. 15. q. 18. concl. 2. num. 16. Marc. Alter. de censur. tom. 1. disp. 16. lib. 5. c. 2. Homobon. de bonis de examine Ecclesie part. 2. tract. 1. c. 4. q. 4. quam quidem exemptionem nulla consuetudo quamvis longissimi temporis abrogare potest, vel reuocare Sord. conf. 301. num. 52. Pelant. de immunit. Ecclesie, disp. 2. n. 2. Comitoli. in apologia contra Venetos c. 3. num. 8. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 12. q. 1. vers. sed dubitari posset, Mart. de iurisd. part. 4. cent. 1. casu 101. Filluc. tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 255. Duard. in Bull. Cæne, lib. 2. can. 15. quest. 9. n. 8. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 10. n. 1. Diana resolut. moral. p. 1. tract. 2. resol. 4. quia par in parem non habet imperium. l. nam & Magistratum, ff. de arbit. multo minus minor in maiorem, l. minor ff. de minoribus, cap. inferior, cap. denique 21. dist. cap. cum inferior, de maioris & obed. tum quia talis consuetudo contra libertatem Ecclesie, & Sanctorum Patrum instituta est inualida, cap. 2. de foro comp. tum quia consuetudo, quæ est contra Ius diuinum non valet, Put. decis. 65. n. 2. Azor. d. lib. 5. c. 13. q. 1. Sord. conf. 301. n. 52. cum seqq. Bellet. d. tit. de favore clericorum personali. §. 3. à princip.

Ad corroboracionem verò prædicti tertij argumenti supra adductam, videlicet posse Papam in certis clericorum causis fori privilegio derogare, respondetur quod hoc non tollit quin prædictum privilegium sit de Iure diuino, quia licet in totum ob hanc causam, & generaliter Papa illud derogare non possit, Abb. & Doct. in c. 2. num. 2. de maior. & obed. Felin. hic, num. 6. Roman. singul. 418. Grammat. decis. 29. num. 11. & decis. 61. n. 10. & seq. Clar. §. fin. q. 41. vers. sed quid dicendum, Roland. conf. 4. num. 15. vol. 1. & conf. 12. num. 46. & conf. 23. n. 11. vol. 2. Cou. præf. cap. 3. num. 4. vers. primus, quos refert & sequitur Bellet. d. §. 3. num. 7. tamen cum facilius sit limitare legem in vno, vel pluribus casibus, quam in totum abrogare, Felin. in cap. que in Ecclesiis, n. 19. hoc. tit. Rota decis. 19. n. 7. apud Farin. part. 1. recent. potest illud interpretari, mutare, declarare, restringere, remittere, & amplificare. Abb. & Doct. in c. fin. de consuet. Cou. de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 9. num. 23. & 4. Balb. de præscript. part. 5. princ. q. 7. n. 11. Moneta de decimis, c. 5. d. n. 87. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 4. c. 18. ubi conciliatur cum Canonistis Theologis contrarium tenentes. Vel clarius responderi potest, Iuris esse Diuini, ne laici quamvis Imperatores sint, siue Reges, propria auctoritate civili, quam habet, Clericorum causas tractent, cognoscant, & iudicent. At Romanus Pont. cum illis Clericorum certas causas demandat, non dat Ius ut id propria auctoritate faciant, sed ut id tanquam Ministri, & Legati Pontificij, hoc est, demandata sibi & commissa potestate, seu nomine, & auctoritate ipsius Pont. exequantur, & sic non cognoscunt causas Clericorum iure proprio, sed auctoritate delegantis, in cuius persona fundatur iurisdictionis, §. qui mandatum ff. de officio eius, Innoc. in c. quod sicut, & ibi Host. & Card. de elect. Felin. in c. de maior. & obed. Dec. conf. 8. n. 2. & tanquam Ministri, & organi Papæ, l. pater ex propria, ff. de manum. vind. Ign. in l. necessarius, §. non alius, n. 336. ff. ad S. Syllan. Aufser. in Clem. 1. n. 92. ff. de offic. ord.

Nec obstat quod inconsideratè, & inconsultè multi Doctores ad cohonestandam huiusmodi consuetudinè, seu potius corruptelam scripserunt, videlicet seculares Magistratus de huiusmodi causis ex antiqua consuetudine cognoscere tacito Romanorū Pont. consensu, quæ antiqua consuetudo exulare videtur, & habet vim legis c. fin. de consuet. l. de quibus, ff. de legibus, & consensus Principis probatur taciturnitate longi temporis, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præf. 3. Marfil. conf. 45. n. 10. quia respondetur Romanos Pont. huiusmodi consuetudini nunquam consensum præstitisse, immo quotidie reclamant, conquæ



conquerantur prohibent, pœnas constituunt, & censuris afficiunt laicos, qui talia facere audent, sæpe sapius videmus in actis iudicialibus Auditorum Camera, ubi expediuntur litteræ monitoriæ ut personaliter compareant hi, qui ita conveniunt, atque consentiunt, & contra illos pronuntiantur sententiæ condemnatoriæ lata etiam excommunicatione. Idem etiam constat ex pluribus decisionibus Sacre Rotæ Romanæ in quibus omnino improbantur, & damnantur tales recusæ, & ij, qui recurrunt declarantur excommunicati, ut in pluribus relatis per me de officio, & potest. Episcopis, p. 3. alleg. 79. n. 4. & apud Farin. p. 4. conf. 68. & decis. 112. n. 1. in 1. collect. Ratio autem quare Summus Pont. Conscius huiusmodi consuetudinis in aliquibus partibus eam uti parvam, & contra Ius Divinum, libertatem Ecclesiasticam, & Sanctorum Patrum, Canonica instituta in totum non tollit, sed potius inuoluntariè tolerat, illa solum est ad evitandum scandalum, & maius malum, quo etiam calu ipsius Summi Pont. scientia non excusat, ut post Io. de Lignan. & Calderin. tenet Abb. & in c. clericis, n. 6. de indic. Surd. conf. 101. n. 57. & seq. conf. 396. n. 3. nam propter scandalum Ecclesia aliquando crimen tolerat, c. deneg. 4. dist. c. quoties 1. q. 2. c. ordinationes 8. q. 1. c. ipsa pietas, non potest 1. 3. q. Felin. in c. 2. de præscrip. & eo maxime propter multitudinem peccantium, cap. constituitur 50. dist. multi enim per tolerantiam sustinendi sunt quamvis sententia diuini iudicii sint condemnati, c. vnius 2. q. 1. Quanto magis iam dici non potest Summum Pont. consensum talis consuetudinis eam aliquando etiam inuoluntariè tolerasse, cum videamus quotannis in die Cœnæ Domini Pontificiam Bullam publico & solemniter publicari, ubi reuocantur tales consuetudines, priuilegia, & indulta etiam Imperatoribus, aut Regibus concessa, ut bene animaduertunt Ioann. Malder. Episcopus Antuerpiensis, in p. 1. q. 96. a. 4. pag. 407. col. 1. Paul. Layman in Theologia morali lib. 4. tr. 9. c. 10. n. 1. Virganius in de immunit. Eccles. c. 1. conf. 4. pag. 43. Ioan. Franc. Fagnan. in de iustit. censur. Pauli V. pag. 4. n. 116. Vgolin. in c. ad iureconf. gymnasijs Parauini c. 7. pag. 93. Tanner. 2. 2. diff. 5. q. 5. dub. 4. n. 132. Me citato in hoc loco, Diana d. tract. 1. resol. 5.

26 Nec etiam obstat si aliquis dicat huiusmodi sæculares Indices in his casibus non procedere vi alicuius consuetudinis, sed vi priuilegij, quod habet immemorabilis consuetudo: quia huic obiectioni ultra responsionem, quam supra præstitimus n. 17. potest etiam satisfieri si dicas solam consuetudinem etiam in vim priuilegij allegatam non sufficere, ut laicus habeat iurisdictionem in causis prophanis clericorum, nisi probeatur etiam priuilegium, Rot. diuers. p. 3. lib. 1. decis. 1027. num. 2. quod probari non potest nisi per scripturam, ut post Abb. Alex. & Alciat. tenuit Rota in vna Spoletana beneficiorum 31. Ianuar. 1594. coram Illust. Mantica decis. 160. n. 6. & tenetur ostendere, qui illud dicit habere, quando sit instantia, & ubi primum ostensum fuerit, considerandum est, an illud sit personale, an ad tempus, an ad particulares, an ad omnes personas, & quibus conditionibus munitum, & roboratum, item fueritne vnquam derogatum. Sed ego verius credo non esse fide dignum huiusmodi priuilegia fuisse vlli vnquam concessa in Pontificia auctoritatis detrimentum, & diminutionem, & contra Bullam in Cœna Domini, quod si olim concessa fuissent, quis nesciat per huius publicationem penitus reuocari, & de facto tolli? Sed id expresse dicunt Philip. Maynard. de priuileg. Eccles. p. 2. art. 18. n. 10. Vgolin. loco proxime citato, Ioan. Beltran de Guenara in propugn. Eccles. lib. 7. n. 42. assert. 1. Mart. de Iuris. p. 4. casu 7. n. 1. Patres Theologi Religionis Sernorum in defens. censur. Pauli V. c. 8. n. 9. in fin. Diana d. tr. 2. resol. 6. quicquid dicat Malder. in p. 2. q. 6. art. 4. pag. 407. col. 1. Salgad. de protect. Regia, t. 2. p. 3. c. 10. n. 96. & 97.

27 Minus obstat si sæculares dicant posse de Ecclesiasticorum causis cognoscere, easque indicare quando certa est consuetudo, non verò quando incerta, & simulata, id deducentes ex Canonibus, & Summorum Pont. litteris, & diplomatis solum prohibetibus ne laici ad sæcularia prætorialia, & tribunalia Clericorum causas trahant prætextu consuetudinis, aut prætextu violentiæ, ex eo quod prætextus velamen sit, quo moneri se aliquis simulat ad aliquid faciendū, cum tamē alia causa moneatur: respondetur enim, Romanos Pont. quotiescunque in Bullis dicunt sub prætextu consuetudinis sæculares non audeat Ecclesiasticorum causas ad se aduocare, eos nedum prohibere hoc illis, quando consuetudo est incerta, & subobscura, sed etiam quando est certa & manifesta, nam hoc nomine, sub prætextu, canones & leges significant etiam veram causam, ut in sub prætextu, c. de transact. ubi sic habetur, Sub prætextu instrumenti post reperti transactionem finitam rescindendi iura non patiuntur, quæ lex confirmatur in c. inter monasterium, de sentent. & re iudic. ubi dicitur sub nouorum instrumentorum prætextu lites non debent instaurari. Et in c. sub oria, eod. tit. dicitur prætextu priuilegij de nouo reperti, &c. Quæ etiam si in litteris, aut decretis Summorum Pont. dicantur sub prætextu consuetudinis, aut violentiæ laici causas clericorum non iudicent, re vera prohibent ne iudicent, etiam si vera aut euident consuetudo sit, aut violentia, quoniam consuetudo est corruptela, & violentia debet ad Ecclesiasticos Indices non sæculares deferri, neque enim Canones permittunt, ut à Iudice Ecclesiastico ad profanum, & sæcularem appelletur.

29 Neque denique obstat aliquorum sententia, quæ tenet posse illos, qui à Iudicibus Ecclesiasticis per vim & iniuriam censuris afficiuntur sæculares Magistratus adire, ut vim propulsent, & edicto cogant iudices Ecclesiasticos ab ea vi, & iniuria desistere, quia nisi Principes hoc remedio vterentur aduersus Iudices Ecclesiasticos, innocentes passim opprimuntur, & Episcopi, quoniam procul à Romana Curia distant, auctoritate sua Ecclesiastica sæpius abuterentur: respondetur enim Iudicem sæcularem non posse ad se aduocare causas ad Ecclesiasticos pertinentes, etiam quando Episcopi, & cæteri Ordinarij, & his Superiores Antistes fuerint negligentes in eis iudicandis, ut est expressus tex. in d. c. qualiter, & quando & idem constat ex c. si quis clericus, & ex cap. placuit, & ex c. Christianus 11. q. 3. Non propterea sequitur ut impunita maneant delicta, aut innocentes ab improbis hominibus opprimantur: nam si Episcopi negligenter se gesserint, ad Metropolitanos, & Primates recurrant, postea ad Legatos, vel Nuntios, & denique ad Summum Pont. quando enim dantur appellationes ad tantos Iudices & grades Prælatos, quis crederet iustitiam non administraturos? Ego igitur illum, qui ad sæculare recurrens iudicium damnatis subterfugiis deserit Ecclesiasticum, calumnias astruere, & causam velle in mille prorahere annorum myriadas reputo. O bone Deus, quàm præstaret nebulones istos, moras harpyias dignitatis loco monere, itavt Ecclesiastici Iudicis contemptor, Ecclesiasticorum emolumentorum propter ingratitude immérité pronuntiaretur indignum est enim illis subuenire ab Ecclesia, per quos constat scandalum in Ecclesia generari, cap. Sacerdotibus, ne Clerici, vel Monachi.

30 Novi quendam Clericū de certo beneficio ab Apost. Sede prouisum, contra quem inimicorum calumniis, & aliorum inuidia quædam frimola per certum Capitulum opposita fuerunt impedimentum, ad finem malitiosè impediendi litem Apost. executionem, quarum executor illa sua sententia reiecit, prouisusq; possessionem esse dandam quibuscumque non obstantibus adiudicauit, quæ sententia in Metropolitano Senatu, & Legalia Apost. confirmata fuit, & sic eius vigore executor Apost. contra



contra Capitulum possessionem obstinate denegans, & nuncupatim quosdam alios illa impediētes, quasi alienae felicitatis & honoris impatientes, excommunicationis, interdicti deambulatorij, ac pecuniariorum poenarum per internalla temporum sententias protulit. Verum in diabolica obstinatione adhuc perseuerantes falsis precibus obtinuerunt à Regiis gubernatoribus quasdam literas praedicto iudici executori directas, quibus ei mandabatur ab illatis censuris, & poenis cessare, & excommunicatos absoluerē, impositis ibidem pecuniariis, & exilij poenis contra literarum Apost. seu praedictarum sententiarum iam per sacram Rotam confirmatarum executionem sollicitantes, & beneficij possessionem capientes, aut capi facientes; cessauit inuitus index huiusmodi literis secundo irrequisitus, eosque ad reincidentiam metu absoluit: quibus calumniosis impedimentis & dilationibus vexatus Clericus, cum amplius ob plures litium impensas, & annuam pensionem 150. ducatorum auri de Camera, quam tribus annis de suo proprio persoluit, causam prosequi non valeret, nec iudex executor sententias praedictas praedictorum Magistratuum literis impeditus executioni mandare vellet, liti cessit. & beneficio. Videat ergo Christianus lector, ius & iniuria in iustitia administranda an ab Ecclesiastico, vel saeculari in hoc casu facta sit, & intra se iudicet, non enim ad hoc pertinandum opus est Delio natatore, quilibet vel leuissime tinctus literis si omnia inoffenso pede percurrat, dolebit iniustam saecularium praxim in tot animarum dispendium, & Ecclesiasticorum iniuriam paulatim radices egisse. Meminerint huiusmodi impediētes in Papalem excommunicationem incurrisse, tum ob iniuste impeditam literarum Apost. executionem, tum etiam ob reuersus ad iudices saeculares factos. Sunt (ait Ailredus) in sanctae Ecclesiae firmamento à Domino creata duo magna luminaria, Sacerdotium scilicet, & regnum, Rex & Episcopus, Princeps & Clericus; dies spiritualia, nox saecularia praefigurat, ita luminare maius Sacerdotium ut praestitit diei, id est, spiritualibus, luminare minus regnum ut praestitit nocti, id est, saecularibus; contra naturam proinde est si sol nocti, si praestitit luna diei, si princeps ad spiritualia se ingerat, si Sacerdos nimis saecularium negotiorum tenebris conscientiae suae serenum obnubilet. Vae nobis qui in ista infelicia tempora incidimus, in quibus sol in tenebras est conuersus. Eia videant ipsi Pontifices, quorum vices gerunt, quorum obtinuerunt cathedras, quorum infulis gloriantur, & indicent ipsi si non est ita uerum; considerent quos scientiae radios, quae virtutum lumina, quae charitatis scintillas, quae spiritualium coruscationum fulgura suis emitebant temporibus Gregorius, Ambrosius, Augustinus, Hilarius, Martinus, & mille alij, felicia tempora, in quibus tam raro malus, quam nunc bonus in Ecclesia inuenitur: nunc etiam luna uersa est in sanguinem, nam manus Principum plene sunt sanguine, exactionibus, & uexatilibus, effundentes viscera miserorum, iustificantes impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferentes ab eo. Hae Ailredus, super illa uerba, *scit Deus duo magna luminaria, quem refert Ioan. Baptista Fin. de regulis iuris homil. 22. ceterum.*

29 Inferitur igitur ex dictis (ut ad rem redeamus) legem, siue constitutionem civilem alienari prohibentem bona immobilia Ecclesiis, siue personis Ecclesiasticis, omnino illicitam esse, ita uerum minime Clerici, & Ecclesiae ligentur resistere bona sibi tali existente prohibitionem donata: ita Bart. in l. filiusfam. §. Dni. num. 1. ff. de leg. 1. F. Ludou. Miranda in manu Praelat. tom. 2. quaest. 27. Marc. Anton. Genuens. in pra-

Tom. I.

*dicab. Eccles. tricen. 13. quaest. 379. Mart. de iuris part. 7. casu 6. num. 16. Filliuc. tom. 1. tractat. 26. c. 10. num. 272. Duard. in Bull. Cane. lib. 2. can. 15. quaest. 19. num. 83. Vigian. de immuni. Eccles. diff. 3. concl. 2. Colleg. Bononi. in resp. pro libertate Eccles. num. 18. & seq. Comirol. in apolog. contra Venet. cap. 1. num. 18. pag. 16. Vgolin. in resp. ad Iurecons. Gymnasij Patavini, cap. 6. §. 1. & seq. Maynard. de privileg. Eccles. contra Venet. part. 2. art. 22. ex num. 67. Ioan. Franc. Fagnan. de iustit. censur. Pauli V part. 3. pag. 42. Quicquid huiusmodi constitutionem esse validam & licitam contendunt Bald. hic n. 6. Perez l. 7. tit. 2. lib. 1. Ord. pag. 44. Mexi. in tract. tassae panis conclus. 5. n. 27. cum seqq. Molina de iustitia tract. 2. disp. 140. vers. quin de iure, num. 18. Cenall. commun. contra communes, tom. 5. quaest. 899. num. 175. cum seqq. Fr. Emman. quaest. regul. tom. 1. quaest. 66. art. 4. Anguian. de legib. tom. 1. lib. 2. contr. 15. ex num. 33. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo vendidisti, num. 2. & de empt. c. 8. num. 27. 33. & 43. & quaest. forens. lib. 1. quaest. 23. n. 92. Bened. Agid. in l. 1. C. de sacros. Eccles. p. 5. §. 2. a num. 4. Quorum illud praecipuum est fundamentum quod in querendis ualeat statutum in praedictum Ecclesiae, quando laici non odio Ecclesiae, sed bono zelo, & pro familiarum conseruatione faciunt, Dec. in auth. cass. num. 17. C. de sacros. Eccles. Cou. in reg. possessor. part. 2. §. 4. num. 9. vers. tertium; Mench. vsus frequent. cap. 9. Menoch. conf. 350. numero 6. Cald. Pereira de empt. d. cap. 8. num. 31. & 37. & conf. 48. num. 22. Cened. praet. & canon. quest. lib. 1. quaest. 35. num. 19. & 20. Deinde confirmat, quia non uidetur quod praedicta constitutio, siue lex egrediatur limites suae potestatis, disponendo de bonis temporalibus suorum subditorum in ordine ad bonum commune, cum & quilibet priuatus de populo prohibere possit alienationem rei suae immobilis in Clericos, Ecclesiam, siue monasteria, ut patet in contractu emphyteutico, ubi hoc licite sapissime fit, ut tenet communis opinio: nec dicendum uidetur quod non possit Respubl. seu Princeps sua lege in proprio ipsius Regno facere, quod quilibet in re sua particulari. Postremo adducunt Ordinationem Regiam lib. 2. tit. 20. in Regno Portugaliae, qua prohibetur saecularibus alienare bona immobilia Ecclesiis, Monasteriis, siue personis Ecclesiasticis. Sed his non obstantibus ab illatione proposita recedendum non est; contrariis uero respondendum Principis constitutionem, siue legem huiusmodi statuentes proculdubio excedere limites suae potestatis contra immunitatem, & libertatem Ecclesiae, quod quidem facere per Ecclesiasticam legem sunt prohibiti directe, ac indirecte. Nec eadem ratio est de personis particularibus in contractu emphyteutico; de quo adducitur exemplum, nam eiusmodi in re propria non sunt prohibiti facere, quod sibi libuerit; diuersaque est ratio de bonis propriis, & de bonis Reip. quae cum communia sint, in communi & absque distinctione omnibus debent distribui, nec in hac distributione personae Ecclesiasticae deterioris esse debent conditionis. Ad Ordinationem uero Regni Portugaliae respondent aliqui (si haec responsio sufficeret) sciente, & patiente Summo Pont. supra hominum memoriam ita semper fuisse obseruatam, unde debent ualide censi, ac si constaret speciali privilegio fuisse confirmatas, arg. l. 3. §. ductus aqua. ff. de aqua quotid. cap. super quibusdam, §. praeterea, de uerbor. significat. constat etiam praedictas Ordinationes fuisse confirmatas in concordatis in Curia Romana inter Clerum, & Regem Dionysium, propterea referunt D. Barbosa in primis scholis ad l. filiusfam. ff. de legatis 1. vers. ad Ordin. Bened. Agid. d. §. 2. num. 12. Cald. Pereira de empt. cap. 8. num. 36.*

E

Alie



32 *Alienandi feudum, &c.*] Procedit in alienatione feudi Ecclesie sine consensu ipsius Ecclesie, quo casu fit deterius ius Ecclesie cum compellatur habere vassallum in sui contemptum, & praeiudicium, & quia Ecclesia habet illud, privilegium ne feudum ipsius alienetur absque consensu suo tunc statutum laicorum tanquam in praeiudicium Ecclesie non valet, ita Ouid. de Amicis de iure emphyteut. questione 80. num. 10.

33 *Commodum, & fauorem.*] Notatur ad hoc quod statuta laicorum fauorabilia etiam generalia non profunt Clericis, & Ecclesiis, ut per Gram. d. dec. 100. n. 9. Tiraq. de iure primog. q. 44. n. 3.

34 In glos. personis 2 Notatur ad hoc quod bona patrimonialia Clericorum gaudent privilegio bonorum Ecclesie, de quo vide Nau. conf. 1. 2. de censibus, in antiq. & conf. 5. de immunit. Eccles. in nouis, Perez. l. 8. tit. 2. lib. 1. pag. 44. & l. 1. tit. 3. eod. lib. 1. Ordin. pag. 66. Guttier. pract. lib. 1. q. 3. n. 17. & lib. 4. q. 18. n. 17. Surd. conf. 10. n. 70. & conf. 260. n. 10. Sayr. in florib. decif. sub tit. de censibus decif. 12. Morla in emporio iuris p. 1. tit. 2. in prelud. num. 144. Soar. de Pace in praxi tom. 2. prelud. 2. n. 16 post Bobadil. Gironda de privilegiorum, seu exemptionum explicatione num. 240. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de exemptionibus clericorum, §. 5. numero 1. Et ideo super illa Principes gabellas imponere non possunt. Azor. p. 3. lib. 5. cap. 10. quæst. 7. Molin. tom. 3. tract. 2. d. 567. n. 2. Molfes. in sum. tom. 2. tract. 1. cap. 22. numero 166. Soar. contra Regem Anglia. lib. 4. cap. 24. & 25 Barthol. à S. Fausto in speculo Confess. disput. 33. quæst. 13. numero 2. Duard. in Bull. Cane. lib. 2. can. 8. quæst. 5. num. 4. Layman in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. c. 6. n. 9. Lessius de iustit. lib. 2. c. 3. dub. 3. n. 19. Filliuc. tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 198.

35 In glos. fin. ibi, nisi convictus, &c. Non est verisimile quod index sententiam tulerit sine probationibus, Menoch. consil. 100. num. 234. cum seq. cum sententia lata sine probationibus sit ipso iure nulla, & pro ea non præsumatur, Mascard. de probat. conclus. 1296. num. 41. quicquid contrarium velint Surd. decif. 36. num. 6. Cald. Pereira in l. si curatorem. verbo, laste. n. 165. Vnde sententiam lram sine causæ cognitione ipso iure nullam esse resoluunt Duen. reg. 186. ampl. 8. D. Barbosa part. 3. rub. ff. solut. matr. numero 52. Bernard. Graue ad practic. Cameræ in per. in proam. numero 19. Vel si tam leui tempore, vel cum tanta festinatione lata fuerit, quod acta verosimiliter videri non potuerant, Bonacof. commun. crimin. verbo sententia, fol. 150. Menoch. de arbit. lib. 1. quæst. 42. Hippol. conf. 48. n. 34. Gregor. l. 16. verbo acaban. tit. 8. part. 5. Marant. de ordine iudiciorum, part. 4. pag. 197. num. 16. cum seqq. Bald. tom. 2. communium epia. lib. 6. tit. 8. numero 25. pag. 243. Put. part. 1. decif. 344. Mascard. concl. 240. numero 1. & concl. 1296. num. 16. Rota apud Farin. decif. 109. num. 3. in 1. collect. nouiss. alias p. 4. diuers. & decif. 131. numero 2. p. 2. recent. & in Bononien. Portoni. 8. Martij 1610. coram Card. Pamphilio iun. & in Romana pecuniaria 13. Februarij 1611. coram Sacro, & in Mediolanen. bonorum 11. Aprilis 1622. coram R. P. D. meo Pirouano, Coualer. decif. 135. num. 1. Menoch. de arbit. quæst. 42. n. 9. & lib. 2. de præsumpt. præf. 7. n. 31. & Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 46. num. 46. Alex. Trenacing. var. lib. 2. tit. de iud. cap. res. 2. Einman. Roder. in pract. c. ult. part. 1. a. num. 16. Bobadil. in sua politica, lib. 1. cap. 5. num. 17. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 153. n. 1. ubi n. 3. resbluit procedere etiam in interlocutoria, arbitrariis, & sententia Principis, & n. 7. limitat quando iud. x. in tempore breui potest esse instructus de negotio.

Et hoc habet locum etiam quando breuitas tem-

poris fuit talis, in qua index adhibere potuit aliqualem causæ cognitionem, licet non plenam, ut notant Abb. in cap. ex litteris, num. 6. de restit. in integ. Put. decif. 4. de iudic. Mantie. decif. 84. in fine. Indicis tamen arbitrio relinquitur quando sententia dicatur intra breue tempus & celeriter lata. Paris. conf. 79. num. 14. lib. 1.

## S V M M A R I V M.

- 1 Pœna simpliciter apposta propter contumaciam in dubio intelligitur temporalis, non perpetua.
- 2 Actus in dubio censetur factus secundum illud, quod ius disponit generaliter, & eius ampliaciones amplectitur.
- 3 Stylus Curie facit ius, & pro lege obseruatur.
- 4 Stylus iudiciorum circa processum ordinationem & iudiciorum usum versantem pro lege in eodem iudicio obseruandus etiam in criminalibus.
- 5 Index indicando contra stylum facit litem suam.
- 6 Sententia lata contra stylum est nulla.
- 7 Doctores multa de stylo agentes referuntur.
- 8 Suspendio inducta propter contumaciam censetur inducta ad tempus, quo durat contumacia.
- 9 Pœna imposita pro contumacia regulatur secundum limites contumacia.
- 10 Contumacia cessante cessat effectus illius.
- 11 Contumax non dicitur qui non potuit comparere ex aliqua iusta causa, seu impedimento.
- 12 Contumax non dicitur quis nisi contumacia accusetur.
- 13 Contumacia non est propriè crimen.

## C A P. Ex litteris. XI.

**P**riuatus ob contumaciam iuxta formam statuti in communione aliorum, si deinde voluerit obedire, restituendus est, quia quando non apponitur in perpetuum, intelligitur priuatio temporalis, tum ex iure, tum ex consuetudine. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellarm. Ioan. Andr. Anchar. Imola, Innoc. Anania, Dec. Hoff. Felin. Panormit. Barbat. Aretin. Butr. Alexand. de Neuo, Henric. Boich. Martin. Vran. Compostel. Vinian. in ration. primi libri Iuris Pontif. pag. 23. Alagona in compend. Iuris Canon. pag. 8. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. de iureiur. cap. 12.

*Tam iuris Canonici.*] Notatur ad hoc quod actus in dubio censetur factus secundum illud, quod ius disponit generaliter, Flamin. resignat. lib. 7. quæst. 3. num. 6. Surd. decif. 170. num. 4. & tunc eius ampliaciones debet amplecti, Tiraq. in tr. de mort. p. 2. declar. 2. n. 1. D. Barbosa in l. 1. ff. solut. matr. p. 1. n. 61. Valasc. conf. 42. num. 7.

*Quam nostri moris.*] Notatur ad hoc quod stylus Curie facit ius, ut per Guttier. Can. lib. 1. c. 33. n. 35. in fine, Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 5. n. 87. Modern. de cognit. per viam violentie p. 2. q. 135. n. 4. Et pro lege obseruatur, siue sit ad ordinationem, siue ad decisionem causarum, Cacher. Pedem. decif. 22. n. 7. Stephan. Gratian. Marchia decif. 237. n. 18. Alex. Raudenl. Pisana decif. 6. n. 67. Camil. Borell. in summa omnium decif. tit. 1. de legib. & consuet. n. 108. Peregr. Iannin. de reali cit. lib. 1. c. 1. num. 19. Melch. Phœbos Lusit. decif. 4. n. 8. Flamin. de resignat. tom. 2. lib. 10. quæst. 2. num. 17. Et stylus, seu usus sacri Apost. Palatij legis vim obtinet, Rot. decif. 2. de appellat. in nouis, & decif. 16. de consuet. antiq. Mandos. ad



## S V M M A R I V M.

- 1 Canonici non possunt sine causa restringere numerum Canoniorum, seu Præbendarum.
- 2 Præbendarum suppressio nunquam fieri debet nisi redditus Ecclesie diminuti probentur.
- 3 Beneficia de sui natura præsumuntur congrua.
- 4 Concil. Trident. quid statuat circa Præbendarum suppressionem ostenditur, & de eius materia DD. referuntur.

## CAP. Ex parte. XII.

## Honor. III.

**D**iminutio numeri Canoniorum à Canonicis facta etiam à Papa confirmata, reuocanda est, si redditus Ecclesie non erant diminuti colligunt ex Ordin. Abb. ant. q. Collect. Zab. Anchar. Bellam. Ioan. Andr. Barbat. Aretin. Imola, Innoc. Anania, Dec. Host. Felin. Panorm. Butr. Alex. de Neco, Henric. Boich, Martin. Vran. Compstel. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 24. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 8. remissive Ximen. in concord. p. 1.

Licet non sint eius diminuti redditus. ] Notatur ad hoc quod suppressio præbendarum nunquam fieri debet, nisi redditus Ecclesie diminuti probentur. Felin. in cap. constitutus, num. 1. hoc tit. Aloyf. Rice. in collectan. decis. part. 1. collect. 1560. Et in dubio præsumuntur aucti potius, quam diminuti, Angel. conf. 274. num. 4. in fin. quia beneficia de sui natura præsumuntur congrua, cap. nemo, de consec. distinct. 1. Caputaq. decis. 62. num. 1. p. 2. Rota in una Calaguritana beneficii del Iacono 9. Aprilis 1601. coram Illustri. Seraphino, est inter eius decisiones impressas decis. 1385. Hodie per Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 15. in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt præbende simul cum distributionibus quotidianis, nec illis vñt aliquot beneficia simplicia possunt, licitum est Episcopis, aliquibus ex his suppressis, cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint, quorum fructus & proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicantur, eas ad pauciores numerum reducere, ita tamen ut tot superent, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiastica commode valeant respondere, de cuius decreti materia egi ego ipse in meo tract. de officio, & potestate Episcopis p. 3. Alleg. 67. & citauit Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo, beneficia. §. 1. ver. 11. Monet. de distribut. quotid. g. 1. c. 5. à n. 27. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. à num. 147.

## S V M M A R I V M.

- 1 Constitutio futura respicit, & non futura, nisi in ea de præteritis caueatur.
- 2 Lex debet esse clara, dubia enim sibi ipsi parat insidias.
- 3 Contrarietas nulla debet esse in iure.
- 4 Lex habens multiplicem sensum, non potest allegari ad decisionem causarum.
- 5 Interpretatio pertinet ad eum, ad quem pertinet constitutio.
- 6 Pro interpretatione privilegiorum an ad alium, quam ad concedentem recurri possit, remissive.

ad reg. de annali g. 65. sub num. 2. ad med. vers. & licet Rot. & quest. 67. ad fin. Sanctarel. var. resol. q. 42. num. 9. nisi aliud particularis consuetudo, aut lex loci suadeat, ut declarat Menoch. conf. 1. num. 36. cuius rei ea est ratio, quod stylus huiusmodi perpetuo innititur iuri communi, ut tradit Specul. de appell. §. 3. n. 3. & ideo in opinionum conflictu ipsa Rota eam opinionem sequi consuevit, quam aliàs semel Curia fuit amplexa, ut in rec. p. 2. decis. 646. num. 2. Et stylum iudiciorum circa processum ordinationem, & iudiciorum vsum verfantem pro lege in eodem iudicio observandum tenent Crau. conf. 204. num. 21. Cachet. d. decis. 12. n. 6. Thesaur. decis. 1. num. 9. Menoch. conf. 270. n. 19. & conf. 100. n. 4. & conf. 38. n. 2. & lib. 2. de præsumpt. præf. 8. n. 14. & 15. Viu. Neapol. decis. 197. Marc. Anton. de Amatis Mar. de decis. 32. num. 27. & procedit etiam in causis criminalibus ex Pereg. Iannin. d. cap. 1. num. 76. & Menoch. d. præf. 8. num. 15. Vnde index indicando contra stylum facit litem suam, ac si faceret & iudicaret contra legem, Ludou. Rodolphin. in tract. de brachio seculari, num. 31. quia sententia contra stylum lata est nulla, Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 14. de consuet. & stylo, n. 107. Multa de stylo Card. Put. decis. 153. lib. 3. Ro. Genuef. decis. 206. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. p. 2. cap. 4. num. 2. Bellacom. tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 1. n. 44. pag. 62. Ioseph. Ludou. Perul. decis. 96. num. 7. cum seq. Menoch. de præf. 8. & conf. 187. num. 5. & 56. Perez l. 28. tit. 4. lib. 2. Ordin. pag. 251. Gama Lusit. decis. 7. num. 7. Mascard. concl. 1041. & concl. 1338 à n. 3. Aloyf. Rice. in collect. decis. part. 1. collect. 94. & part. 5. collect. 1848. Stephan. Gratian. d. decis. 27. à num. 18. & discept. forens. c. 100. n. 61. & c. 16. n. 32. Soar. de Pace in præf. in initio à n. 4. Ignat. del Villar in sylua responsorum, lib. 1. resp. 1. n. 3.

**Communiōe priuatur.** ] Notatur ad hoc quod suspensio inducta propter contumaciam, censetur inducta ad tempus, quo durat contumacia, ut est communis intellectus secundum Couar. de sponsal. part. 2. cap. 6. num. 15. Nam pena imposita pro contumacia regularitur secundum limites contumaciae, Bernard. reg. 538.

**Restitutionem obtineat.** ] Notatur ad hoc quod contumacia cessante cessat effectus illius, ut per Tiraq. in tract. cessante causa, part. 1. num. 9. cum seq. Et qui non potuit comparere ex aliqua iusta causa, seu impedimento, non dicitur contumax, Farin. in praxi crim. q. 18. n. 40. & n. 43. idem asserit si fuit citatus ad comparendum in loco sibi non tuto, quia contumax non dicitur quis, nisi contumacia accusetur, Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, tit. de contum. art. 1. glos. vme. num. 23. Thoming. Lipsenfi decis. 24. num. 10. & 11. Camil. Borrell. in summa omnium decis. tit. 46. num. 170. Alia de contumacia tradunt Doctores in l. delictum, §. contumacia, ff. de re milit. Menoch. de arbitr. casu 153. Farin. d. quest. 18. à num. 28. Bonacof. commun. criminalium, part. 1. verbo, contumacia, Bernard. Græue. in præf. Camera Imper. lib. 1. conclus. 60. Camill. Borrell. dist. tit. 46. num. 44. cum sequent.

**In glos. In perpetuum, ibi, hic enim ponitur, &c.** ] Notatur ad hoc, quod contumacia non est proprie crimen, ut per Couin cap. Alma Mater, part. 1. §. 9. num. 1. col. 4. Tiraq. de retract. lign. §. 2. glos. 2. num. 5. Perez l. 1. tit. 3. Ordin. pag. 519. dicitur autem lato modo, & per se delictum, ut per Corn. conf. 97. num. 4. & conf. 198. n. 6. vol. 4. Buccazon. de different. inter iudicia civil. & crimin. diff. 192. n. 3.



G A P. Quoniam. XIII. &amp; ult.

Gregor. IX.

<sup>1</sup> **L** Ex & constitutio ita respiciunt futura, ut non trahantur ad præterita, nisi de his nominatim caveatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imola, Innocent. Anania, Dec. Host. Felin. Panorm. Barbat. Arcin. Casal. in annotat. Henric. Boich, Martinus Vranus, Compstet. Viuan. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 24. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 8. remissive Casal. in annotat. & Ximen. in sordant. part. 1. & 2.

<sup>2</sup> **E**t nihil debet obscurum, vel ambiguum continere. ] Notatur ad hoc quod lex debet esse clara, nihilque obscurum, vel ambiguum continere, Castill. in proœmio legum Tauri ad gloss. verbo, entendimiento, fol. 4. in fine, l. 61. gloss. 1. col. in fine, Morla in compend. iuris Canonici, part. 1. tit. 1. gloss. 6. num. 10. Emman. do Valle de enalms. & incantat. sect. 1. cap. 5. num. 23. vbi etiam quod lex dubia sibi ipsi debet esse, l. tanta, §. contrarium, C. de veteri iure concl. Morla dict. tit. 1. quæst. 11. Castill. quotidian. quæst. lib. 1. de usufructu, cap. 28. n. 4. in med. vide supra ad procem. harum Decretal. num. cum seqq.

<sup>4</sup> **V**nde in d. l. tanta, §. hoc autem sub pena falsi prohibetur ne quis leges per signorum obscuritates anlus sit conscribere, quia lex habens multiplicem sensum non potest allegari ad decisionem causarum, Emman. do Valle d. c. 5. n. 24.

**N**on ad præterita, sed ad futura tantum extendi. ] Dixi supra ad c. 2. hoc tit.

<sup>5</sup> **I**n gloss. Declaramus, ibi, quia ad eum pertinet interpretari ad quem pertinet constituere. Notant Doctores per text. ibi in l. ult. C. de legibus, & est apud Hispanos l. 14. tit. 1. part. 1. Fr. Ludovic. Miranda de ordine iudic. quæst. 3. art. 3. conclus. 1. Cardosio in praxi Iudicum & Advocat. verbo lex, num. 6. Don Christoph. de Pace in scholiis ad leges styli, l. 19. num. 2. & alij per me citati in tract. Axiomatum iuris vsufreg. Axiom. 130. num. 1. quibus addo Salgado de protect. Reia tom. 1. part. 4. cap. 12. à princ. vbi num. 20. post Card. Mantica de tacitis & ambig. comment. lib. 1. tit. 16. subdit interpretationem generaliter sumptam in quinque species posse distinguui, nempe in declarationem, intellectum, correctionem, extensionem, & restrictionem. Vtrum pro interpretatione privilegiorum ad alium quam ad concedentem recurri possit: vnde Gabr. lib. 6. commun. tit. de regulis iuris, conclus. 3. à num. 7. Burg. de Pace in proœmio legum Tauri à num. 307. Henric. in summ. lib. 7. cap. 29. §. 3. Cardosio verbo, privilegium, num. 36. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 52. num. 35. An verò occurrente casu particulari, quo verba legis servari non expedit, possit inferior propria auctoritate interpretari legem non obligare in eo casu, an teneatur adire ad Principem, vide Tiraquel. de pia causa privi. 162. & de reuoc. lig. §. 35. gloss. 1. num. 7. 21. & 31. Mich. Salon. 2. 2. quæst. 60. art. vnic. Sayr. in claus. Regia, lib. 3. cap. 10. num. 3. Valent. tom. 2. disput. 7. quæst. 5. punito 8.



De Rescriptis.

TIT. III.



**S**UPER hanc rubr. scripserunt Zabarella, Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Butrius, Panorm. Felin. Dec. Martin. Vranus, Mantua, Petr. Gregor. per 55. capita materiam huius tit. tractat. Barbat. Bald. Petr. Alphons. de Vasc. conc. llos in harmonia rubricarum, Didac. Sahagun. Petr. Rebuff. repetitionum var. Petr. de Rauenna in compend. iuris Canonici, Martin. Meinartus in epitome Decretalium, Guillelmus Durandus, Specul. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 5. Dan. Venar. in analysi methodica iuris Pontificij, pag. 19. Goffred. & Host. in summ. huius tit. Alexandr. Castan. & Anastas. Germonius in paratilis ad quinque libros Decretalium, sub hoc tit. Stephan. Ranchin. in continuatione titulum Decretalium, Barth. Cathag. in exposit. titul. iuris Canon. Zipa. in analytica postremi iuris Canon. enarrat. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decretales omnes sub hoc titul. & nouissime Andreas Vallenis tom. 2. repetitionum in iure Canonico ad 1. Decretal. librum, Anton. Burgos & Quintil. Mandol. in appendice.

**D**e rescriptis tractat. Villalob. Soar. Bonacof. & alij 2. tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 10. de diuersis rescript. Nauar. tom. 1. consiliorum, Sayr. in floribus decif. sub hoc tit. Cuch. instit. maior. lib. 1. tit. 4. Staphil. de literis gratia. & iustitia in 1. Mandol. de gratia signatura, §. 1. Petr. Rebuff. de rescript. & privileg. Guid. Pape de rescript. tom. 3. tractatum Doct. part. 2. fol. 18. Alexand. Trentacing. variar. resolut. titul. de rescriptis, Perez l. 3. titul. 12. lib. 3. Ordin. pag. 685. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 31. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. à num. 165. Rendinam promptuario receptarum sententiarum, tom. 1. titul. 103. de rescript. Menoch. de arbitrar. casu 200. & 201. Ioan. Baptista Costa de facti scientia, & ignorant. cent. 2. distinct. 16. Card. Tulch. tom. 6. litera P. conclus. 207. cum seqq. De rescriptis vtriusque signatura. Ioan. Baptista Marchesant. De rescriptorum subreptione Ioan. Baptista Leonel. De rescriptis Apost. Ioan. de Grassis tom. 3. p. 2. fol. 31.

## S V M M A R I U M.

- 1 Privilegium generali secundum ius commune obtento obstat rescriptum speciale etiam de eo mentionem faciens.
- 2 Clausula, appellatione remota, quas effectus habeat, remissive.
- 3 Rescriptum seu mandatum speciale derogat generali, etiamsi de eo nullam faciat mentionem.
- 4 Mandatum de providendo speciale derogat generali precedenti, licet de illo nulla mentio habeatur.
- 5 Privilegium secundum non factens de priore mentionem illi non derogat.
- 6 Privilegium speciale non aliter derogat generali, nisi facta huius mentione.
- 7 Iurisdictionale mandatum speciale non derogat generali.

8 Generi